dicitur. tauri mei et altilia mea occisa sunt. porcus
diaboli est qui plus diligit lutum luxurie. quam
palatium glorie. Cum enim esset filius dei. numquam contemp
ti essent donec visione patris in celo
fruerentur. De beato iohanne baptista et
et euangelista.

Anna mater beate virginis.
et Ismeria mater helisabet matris iohannis baptiste
sorores fuerunt. Anna habuit tres viros.
primus fuit ioachim qui genuit mariam domini
matrem. quo mortuo anna accepit
secundum virum cleopham nomine de quo genu
it secundam mariam. Mortuo cleopha anna
accepit tertium virum. Salome nomine.
de quo habuit tertiam mariam. Prima maria
mater domini nostri ihesu christi. cum esset desponsa
ta ioseph. de spiritu sancto concepit et peperit
redemptorem dominum ihesum christum. existens
virgo ante partum. et in partu et post partum.
Secunda maria soror beate virginis
nupsit cuidam zebedeo de qua nati sunt.
Iacobus maior et iohannes euangelista. Secunda maria
soror similiter beate virginis nupsit
cuidam alpheo. de qua nati sunt Iacobus mi
nor et simon et iudas qui tadeus dicitur.
et ioseph qui cognominatur est iustus. Sic ergo
patet quod beatus iohannes euangelista fuit con
sobrinus domini nostri ihesu christi. Esmeria
autem filiam suam elizabeth nuptui tra
didit sancto zacharie summo sacerdoti. de qua
natus est beatus iohannes baptista. et sic patet
quod beatus iohannes baptista fuit secundus conso
brinus domini nostri ihesu christi. Prerogativas
autem beati iohannis baptiste sic possumus
probare. quia ab eo angelo scilicet gabrihele
annuntiata fuit eius nativitas a quo et
nativitas christi. Item quia de sterili matre
et sene miraculo divino est conceptus

et ideo eius nativitas ut sic celebratur. et etiam alia
ratione quia in ventre matris fuit sanctificatus.

et natus. Item quia a pueritia vite se mu
do conservavit. in desertis asperam vitam ducens
etc. et moratur. Item quia christi precursor effectus.
ei baptizando et penitentiam predicando preparavit
viam. Item quia eum digito demonstravit
dicens ecce agnus dei ecce qui tollit peccata
mundi. et ideo plus quam propheta appellatus est.
Item quia domino teste. inter natos mulierum non maior surrexit.
Prerogativas autem beati iohannis euangeliste. sic
possumus pernotare. quia virgo de nuptiis
a domino vocatus virgo in eum permansit.
Item quia speciali dilectione ipsum christus dilexit.
Item quia in cena super pectus eius recumbens
inde illa fluenta auxit. que de verbo protulit
dicens in principio erat verbum. Item quia ei
apocalypsim specialiter dominus revelavit.
Item quia providens diem mortis sue.
christo sibi apparente. descendit in sepul
ture locum. et sic assumptus est. vere mo
riens. sed utrum postea resurrexit.
et corpore glorificato ascendit. nescio
deus scit. Est hoc signum quia in sepultura eius
non fuit inventum aliquid nisi manna. et hoc
etiam scimus quia ita extraneus fuit
a dolore mortis. sicut a corruptione
carnis nascitur alienus.

Item quia ei virgini christus in cruce
matrem virginem
commendavit dicens
et eum virginem dei
commendavit. mulier
ecce filius tuus.
ad discipulum autem
ecce mater tua.

De morte beati iohannis.

Sicut dictum est in ulla euangelia anno
quintodecimo imperii tiberii cesaris.
herodes tetrarcha et philippus tetrarcha
filii fuerunt maioris herodis. sed iste
minor herodes. fortior erat et poten
tior filippo fratre suo. ut pote qui regna
bat in maiorem partem iudaici regni.
herodiam uxorem philippi fratris sui
abstulit ei. de qua genuit filiam unam.
eodem tempore predicabat et baptizabat
beatus iohannes baptista. et officium precursoris
agebat in ea parte regni in qua

Nota quod iohannes secundum carnem est precessit
christum multipliciter. videlicet concep
tione. nativitate. predicatione.
morte. quoque et passione.

De beato iohanne baptista et de beato iohanne euangelista

De morte beati iohannis baptiste.

dixabat herodes. et cum zelo dei ductus
aet arguerat peccatores. ipsum
herodem redarguebat de adulterio.
et dicebat ei non licet tibi habere uxo
rem fratris tui. Propter quam causam herodes
tenuit beatum iohannem et ligatum po
suit in carcere. ut non posset eum
de adulterio amplius diffamare. et
licet eum haberet in carcere. tamen ipse he
rodes metuebat iohannem sciens eum
uirum iustum et sanctum et custodiebat
eum. et sepe ueniebat ad predicati
onem eius in carcere. et audito eo.
multa de hiis que dicebat beatus io
hannes faciebat. sed deuictus carnali
amore. fratris uxorem dimittere no
lebat. herodias autem pessima ti
mens ne ad predicationem beati
iohannis converteretur herodes.
et sic eam repelleret. insidiabatur be
ato iohanni. et uolebat eum occidere. sed
non poterat. quia herodes non audebat.
eum occasionem non inueniebat in
eo. accidit autem quadam die ut
herodes celebraret natalem suum
id est diem in qua natus fuerat. et
tunc fecit ut solebat cenam ma
gnam tribunis et principibus et pri
mis galilee ubi ipse regnabat.
cumque comederent et biberent cum
magna alacritate. intrauit
filia herodis et herodiadis in
triclinio ubi manducabat rex
cum principibus et saltauit in medio
triclinio et placuit regi eius sal
tatio et omnibus discumbentibus. et dixit
rex puelle. pete a me quicquid
uis et dabo tibi. et iurauit ei.
quia si dimidiam partem regni

mei petieris dabitur tibi. Tunc puella
intrauit ad matrem suam et dixit ei.
quid petam. et illa dixit ei pete ut in
continenti faciat tibi rex afferri in
disco hoc est in inuasorio capud iohannis
baptiste. In ipso continuo. quod et fecit pu
ella intrans ad regem et dicens. uolo
ut protinus des michi in disco capud iohannis
baptiste. tunc rex simulauit tristi
tiam. sed ne uideretur degenerare. coram
conuiuantibus coram quibus iurauerat.
misit spiculatorem. et precepit afferri
capud iohannis in disco. quo oblato dedit
illud puelle. et puella dedit ma
tri sue. discipuli uero beati iohannis bap
tiste. tulerunt corpus eius truncum et po
suerunt illud in monumento. quia he
rodias non est passa capud cum corpore
sepeliri timens ne recoiun
geret corpori. et resurgeret amor
tuus iohannes et a contubernio hero
dis faceret eam expelli. unde in infer
ioribus partibus domus sue ut tradunt
istorie. in profundo terre fecit se
peliri capud predictum beati iohannis
baptiste. quod postea suo tempore fuit
reuelatum duobus scilicet monachis. et fe
stum istius inuentionis. partem et
de collationis hodie celebratur.

Miraculum de sancto iohanne bapt.

Narrat beatus gregorius in libro
dialogorum quod cum perfida gens gothorum.
totum regnum inuasisset. reperit quen
dam presbiterum sanctulum nomine quod erat
uir maxime sanctitatis et humilita
tis. per quem dominus multa fecerat mi
racula operatus. hic morabatur in quadam
ecclesia rurali que erat constructa
ad honorem beati iohannis baptiste. cum

miraculum de sancto iohanne bapt.

S. Johannes bapt. precursor domini. gratia eo quod fuit per initium
gratie sue ritum baptismatis per quod gratia
ministrauit.

dictus sacerdos assidue fuerat. et se
ei cotidie et omnia sua facta devotissime co
mendabat. Cumque hunc cepissent gothi, cogno
scentes hunc virum esse sanctum. ei libertatem
dederunt. ut iret et faceret quicquid vellet,
qui in sua ecclesia morabatur, in ymnis et ora
tionibus serviens deo. Quadam autem die pre
dicti gothi, quendam diaconem ceperunt. et
cum esset ferus viribus. ipsum ligantes. et
penis affligentes. statuerunt servare eum
usque ad alterum diem. ut congregatis
multis. eum diversis penis occiderent. quod
audiens venerandus presbyter. venit ad go
thos. et cum iam nox immineret, cepit ro
gare eos. ut a pena diaconi desisterent.
et sibi eum pro illa nocte in custodia da
rent. Cui dixerunt gothi. dabimus eum tibi.
sed hac conditione. ut si ipse fugerit. tu
pro eo moriaris. Quibus respondit venerabilis
presbyter, ita fiat ut dicitis. et accipiens
diaconem duxit eum ad ecclesiam. et solvens
eum a vinculis. dedit ei cenam et preparato
lecto. quia vulneratus erat fecit eum requi
escere. et usque ad mediam noctem orationibus
vacavit. et circa mediam noctem venit
ad diaconem. et excitavit eum dormientem
dicens. Surge fuge quia nisi fugeris cras
puniendus es. Cui respondit diaconus. si fugero
pater pro me tu morieris. Cui respondit sacerdos.
de me noli esse sollicitus. tu tantum fuge.
liberet te omnipotens deus. Cumque fugis
set diaconus. mane venientes ad
presbyterum gothi. ceperunt repetere dia
conem ad sacerdote. Cui ille respondit eum
fugisse. Tunc gothi dixerunt ei. tu scis.
quia pacto teneris pro eo mori. et ad
duxerunt eum ad principem suum. Cui dixit prin
ceps. quia bonus homo es. nolumus te diver
sis penis occidere. sed quia dimisisti sacrilegum

fugere. et te pro eo obligasti in mortem. elige
tibi mortem qualis ut ea moriaris. Cui
respondit sacerdos. Ego in manu omnipotentis
sum. nec mortem michi eligo. sed illa
me morte occidite. qua illa me
occidi permisit. Tunc princeps tulit sen
tentiam contra eum. ut decapitaretur. quem
accipientes gothi perduxerunt ad forum.
et circumsteterunt eum magna multitu
do. Elegerunt quendam fortissimum gothorum
qui uno ictu ense caput eius amputa
ret. Tunc sacerdos petiit indutias
orandi. et cum in oratione se cum lacri
mis deo et beato iohanni commendasset.
accessit ad eum carnifex et pede
percusso. dixit ei. Surge et flecte
genua et protende cervicem. Cumque
predicta fecisset venerabilis presbyter.
et carnifex eduxisset gladium et
levasset in altum. respiciens
sacerdos vidit ~~eum~~ ensem vibrantem.
et clamavit dicens. Sancte iohannes
suscipe illam. Statimque brachium car
nificis in aere ligatum est. quem depo
nere non valebat. nec ensem dimitte
re. Cumque nimio dolore torqueretur.
et velud demoniacus clamaret.
omnes gothi videntes miraculum
et timentes ne quid ma[illegible] mali si
milis super eos ve[illegible]iret.
proiecerunt se ad pedes sancti viri ve
niam postulantes. et eum pro carnifice
deprecantes. qui indulgentiam donavit
eis. et ipse met accipiens brachium car
nificis. in aera extentum. a doloribus
liberavit. Quem sanctum virum cum hono
re et reverentia. gothi perduxerunt ad
ecclesiam suam. et dimiserunt eum in pace.

De thema plurimorum martirum

.9.] Uita aut in ppetuu uiuet et apud dnm e merces eorum. ideo accipi ent regnu decoris et diadema speciei de manu dni. Dic psalmista de libro dni. declaratio sermonu tuorum illumi nat et intellectu dat paruulis. in qbs uerbis ostendit. utilitas que puenit ex pdicatione et auditu sermonis di. qa illius expositio siue declaratio illu minat intellectu et attendit af fectu. et quodam modo tres uires aime reficit ut ipa rationabilis. audita ueritate illuminet. ipa irascibilis. potius eternos coram nouit ho nores. ad ipos habendos animet. ipa concupiscibilis gratitatis eternis delectatis delectet. Qua ppt Rmi. ad hoc ut illuminemur. et nri inte riores oculi reuelent. Rogem qlibz nrm ipm dnm dicentes. re uela oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua. Lex dni i maculata e conuertens aias ut dic psalmista. ut mediante lucerna expositionis sue. qa lucerna pedib meis ubu tuu et lum semitis meis. p... bulem uias manda torum et se... .. ntitas consiliorum. ut p ducatu hui luminis. s. ubi di p ueniam ad regna celorum am.

Iusti aut et c. In ac auctoritate que sup ta e de libro sapientie. iiii. or in scis quorum hodie solepnia colim denotant. quo mi primu e. usus uirtutu omnu. in qb se exercitauer. uitia reppel lentes. et istud notat cu dic. Iusti. Iustitia e generalis uirtus. cop

hendens oms uirtutes. qa iustitia habz disponere homine quo ad dm. quo ad se. et quo ad pximu. Iustitia e n sola habet in se. s etia ad fine optatu. opus bonu pducit. un sic ea sci no minat. i. de scribit. Iustitia e constans et ppetua uolutas. ius suu unicuiq tribuens. et a tramite eqtatis. nullu deuiare pmittens. h uirtus i his bea tissimis uiguit. du pmo loco sua iura omib reddider. Et notandu. q. iiii. or debitores sum qb reddere de bem aliqd que iustitia exigit ut reddamus. p mo loco nob ipis debem custodia. correctione. et discipli na. qa dic paulus. Castigo corp meu et in suitute redigo et c. ta e debere corpori ut salomon atte statur. cibaria ingd. et uirga. et bo nus asino. panis et disciplina. et opus suo. i. corpori. ut em dic paul debitores sumus n carni ut sedm carne uiuam. si em sedm carne uixeim moriemur. si aut spu facta carnis mortificauim tunc ui uem. hac pma parte iustitie ista sci beatissimi habuer. se ipos a ui tiis spoliantes. et uirtutu floib induentes. carne ppriam p peni tentia domantes. et qa xpi e uole bat. ipo ideo ipam fuer cu uitiis. et cocupiscentiis crucifigentes ut dicit aplus. qa aut sunt xi carne sua crucifixer cu uitiis. et cocupiscen tiis. Ite mundo debem contemptu ut eius oms diuitias. et delicias. ut fecer isti sanctissimi martires contep nam. ut se fecisse paulus attestat

Note. iiii. or debitoribus.

No. h de iustitia et effectib e.

Thema de pluribus martirib.

dicens. hoia reputaui ut stercora. ad
huc contemptu mundi nos amonet be
atus iacobus dicens. nolite diligere mu
du neque ea que in mundo sunt. quicumque
uoluerit esse amicus huius seculi inimicus
dei constituetur. et sic mundo debemus contep
tu. ¶ Tertio sciat angelis debemus
honorem. et per nram conuersionem ad deum.
ipsorum gaudium augmentationem. ut
enim dicit dominus in euangelio. gaudium
est angelis dei super uno peccatore pe-
nitentiam agente. ¶ Quarto loco deo debemus
tria. corporis seruitutem. animi deuo
tionem. totius uite nre. et de oibus.
que fecimus rationem. de primis duobus
dicitur diliges dominum deum tuum ex
toto corde tuo. et ex. a. t. et ex. t.
u. r. t. sed de hac materia require alibi.
De tertio dicit paulus. omnes nos ma
nifestare opportet ante tribunal christi
ut referat. i. rationem reddat.
unusquisque prout gessit in corpore.
Item paulus. uiuus est sermo dei et effi
cax. scilicet filius dei. ad quem nobis sermo. dicit glosa
scilicet reddende rationis. et dominus
in euangelio cuilibet dicit redde rati
onem uillicationis tue. hec ergo sunt
partes iustitie. sed adhuc iustitia
paruum ualet. nisi esset constans. i.
perdurans. et patiens in prosperis et aduer
sis. sic fuit in istis sanctis marti
ribus. qui in tot tormentis constantis
simi extiterunt. et hic narrandum est de
passionibus eorum. et hoc est quod dicit paulus
de constantia loquens dno indu
cens illud psalmi. propter te inquid
mortificamur tota die. existima
ti sumus sicut oues occisionis. sed in his
omnibus superamus. propter eum qui dilexit nos.

unde psalmista sancto uiro loquitur dicens. per
diem sol per estatis non uret te. i. non fa
ciet a iustitia declinare. neque luna ad
uersitatis per noctem. i. nec ipsa aduersitate
deficient. sed adhuc iustitia paruum ualet.
si habet ad horam constantiam non per perpetuo
perduraret. sicut quod per se. ut in. h. sa. c.
quod autem talis iustitia comparata sit in istis
sanctis. et competat in quocumque. patet per sequentia
auctoritatis. qua duo. s. hic uitam gratie. un
addit in perpetuum uiuet. et augmentum
meriti. unde addit et apud dominum est mer
ces eorum. et et in futuro. regnum et p
mium et corona eterne glorie. unde addit
ideo accipient. r. decoris. et diadema
speciei. i. speciosa corona. de manu
domini. sed de hac materia. s. de gloria et perpetuitate.
eterne beatitudinis. require

Tema comune ad honorem sanctorum in festis et parue in festo sancti Romualdi.

Dilectus deo et hominibus moyses cuius
memoria in benedictione est. similem
illum fecit in gloria sanctorum. et magnificauit
eum in timore inimicorum. et in uerbis suis
monstra placauit. ¶ Verba premissa sunt
in ecclesiastico quibus prius predicat dicens. laudemus
uiros gloriosos. et patronos nros. In quibus
uerbis nos excitat ecclesia ad tria erga sanctos.
s. ad laudem ipsorum cum dicit laudemus. ad
imitationem ipsorum cum dicit uiros gloriosos.
et patronos nostros. [illegible] nro modo
[illegible] [illegible] qui solemnitatem patris
nri beati [illegible] hodie celebramus. cuius in
[illegible] laudibus [illegible] consistere. uir
tutes [illegible] [illegible] studio imitari.
ut eius hodie patrocinium mereamur.

quo praecati, ea valeamus dicere quae ad dei
et ad ipsius pertineant laudem, et sanctorum
virtutum eius imitationem. ut ea quae
dicturi sumus ad bonum et ad salutem
proficiant omnium animarum nostrarum.

¶ Dilectus deo et hominibus et cetera.

In prima parte huius auctoritatis quae est
dilectus deo et hominibus, notatur gratia
infusa beatissimo patri nostro tali-
que se ad eam habendam ut intelligen-
da eius legitur taliter praeparavit. et hic
debet narrari opera penitentiae, elemosinae
et ieiunia et bona quae fecit in vita
sua. quibus potuit divinam gratiam
promereri. quam promeruit propter duo. propter
dilectionem quam habuit in deo tempo-
ralia omnia contempnendo. unde dominus
dicit in evangelio de talibus. dimissa
sunt ei peccata multa, quoniam dilexit
multum. Secundo illam dilectionem promeruit
divina praecepta servando.
unde dominus in iohanne. si quis diligit me
sermonem meum servabit, et pater meus diliget
eum et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus.

¶ In secunda parte auctoritatis quae est
moyses, dicitur et exprimitur causa di-
lectionis. Moyses enim interpretatur sumptus
ex aquis. quia iste se erexit ab aquis
delitiarum huius mundi. omnes delecta-
tiones temporales ut apostolus mo-
net velut stercora conculcando. quae
delectationes multos immergunt.
et hic debet poni qualiter omnia tempo-
ralia reliquit propter christum. ut impleret illud
evangelii. si vis perfectus esse vade et
vende omnia quae habes et da pa-
uperibus et veni sequere me et haec fa-
ciendo, consecutus illud quod david dicit
dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in saeculum
saeculi. unde oravit cum psalmista dicens.
non me demergat tempestas aquae.
neque absorbeat me profundum. et exaudi-
tus est ut in praesentiarum cernimus.

¶ In tertia vero parte auctoritatis quae est
cuius memoria in benedictione est, no-
tatur fructus qui habetur ex me-
moria huius sancti patris. si eum di-
gne laudando fuerimus me-
morati. ipsius laudes optime ven-
demus. quia pro eis benedictiones aeternas
accipiemus. unde in proverbiis. qui abscon-
dit frumenta, id est laudes sanctorum quae nos
pascunt spiritualiter velud panis
frumenti corporaliter, maledicetur
in populis. Benedictio autem super caput
vendentium. Sed ne maledictionem
hanc incurramus, sed potius be-
nedictionem habeamus, eius vir-
tutes praedicare ut possumus memore-
mus. et hic debet dici quam humilis fu-
it, devotus et huiusmodi.

¶ In quarta parte auctoritatis quae est
similem illum fecit in gloria sanctorum no-
tatur praemium quod ex praedictis habuit. bo-
nis operationibus et virtutibus. ha-
buit cum dicitur similem illum fecit
sanctis suis in gloria caelesti. Nam iste
beatus glorificatus similis est an-
gelis. qui omni beatitudine perfruun-
tur. unde dominus loquitur de sanctis. erunt si-
miles angelis dei. in illo utique ga-
udio de quo dicit apostolus. quod oculus
non vidit et cetera.

¶ In quinta parte auctoritatis quae est et

magnificauit eum in timore inimi
corum ostenditur quam terribilis fuit
demonibus eas uiriliter resistendo.
immo eos ut hostes uilissimos sup
ando. iuxta illud iacobi. resistite
diabolo et fugiet a uobis. fuit enim
eius anima ut dicitur in canticis
terribilis hostibus ut castrorum acies
ordinata. Et hic debet poni quas
diabolicas temptationes est pas
sus. et qualiter eas uiriliter superauit.
¶ In .vi.a parte auctoritatis que est
et in urbibus suis monstra placa
uit. siue destruxit. ostenditur
quam efficax fuit eius predicatio. monstru
a. uitia destruxit. monstrum enim
est quod contra naturam est. et ita peccata dicuntur
monstra. quia contra naturam. a deo dei
posita. a diabolo sunt inuenta.
exhibendo enim se humilem. destru
xit monstrum superbie. Exhibendo
se pacificum destruxit monstrum
ire. Exhibendo se caritatiuum.
destruxit monstrum inuidie. Exhi
bendo se operarium sollicitum in bonis.
destruxit monstrum accidie. Exhi
bendo se largum pauperibus. destru
xit monstrum auaritie. Exhiben
do se temperatum in abstinentia
cibi et potus. destruxit monstrum
gule. Studendo in castitate
et munditie. destruxit monstrum
luxurie. que si sic faciendo se
cuti fuerimus. similes cum sanctis
in gloria erimus. quod ipse nobis prestare
dignetur. qui uiuit et regnat per cuncta secula. amen.

No. 8 monstro

XXXV.

Thema in quolibet confessio
re et in capitulo ad religiosos

Bonum est uiro cum portauerit iugum
domini ab adolescentia sua sede
bit solitarius et tacebit. | Yeremias .iii. | .i.

In ista auc
toritate tria notantur. scilicet iugi domini
assumptio. Et notandum quod triplex est iugum
legis mosayce. peccati miserie. euan
gelice doctrine. De primo dicitur in actibus
hoc est honus quod neque nos neque patres
nostri portare potuimus. De secundo in iohele
computrescat iugum a facie olei.
De tertio in euangelio dicitur. Iugum meum
suaue est et honus meum leue. De isto
tertio dicitur hic quod bonum est uiro qui
p. i. d. ab. ad. sua. Bonum propter preceptorum
obseruationem. Bonum propter conscientie
puritatem. Bonum propter eterne retributi
onis mercedem. De his omnibus dicit
dominus in euangelio. si uis ad uitam in
gredi serua mandata. Viro similis
iob de quo dicitur uir simplex et ti
mens deum et recedens a malo. et
retinens innocentiam. ab adole
scentia sua. quia ut dicit ieronimus quod
noua testa capit in ueteritate sapit. | .b.
et hoc est quod dicit salomon. fili a iu
uentute tua excipe doctrinam et
usque ad canos inuenies sapientiam.
et ideo dicit ab adolescentia. quia
laborantibus in primo mane in uinea
domini denarius eterne retributionis
promittitur. Et nota quod ex diutur
na portatione iugi quattuor
effectus oriuntur. scilicet sessio a strepitu
mundanorum. Item sollicitudo
ab inpugnationibus malignorum. | N

48

thema i quolibet c fessio ne ... i capl'o ad religiosos

Iterū taciturnitas a ūbis corrūpentib;
bonū morū. qa corrūpūt bonos mo
res colloqa mala. Iterū eleuatio ad ɔ
tēplatione celestiū gaudior. ⁊ hoc ē
q̄ sequit̄. sedbit solitarius ⁊ tacebit. de
primo dicit in ysaia. sedbit suus me
us ī multitudine pacis. ⁊ in rege
opulenta. de secūda psalmus. q̄s dabit
michi pennas sic columbe. ⁊c. de t̄
tio dicitur ī psalmo. letati sunt qa si
luerūt. ⁊ eduxit eos ī portū uolun
tatis eor. de iiii. dicit aplus q̄ ad
hēt dō. in ɔtēplatione unus sp̄s ē
cū eo. ⁊ Jeronimus in carne p̄ter car
nē uiuē. nō ē humana uita s;
celestis. ⁊ hoc ē eleuare se sup se.
Eleuare enī se sup se est. ad statū q̄
sibi ex natura nō ɔpetit p gratiā et
bona opa. subleuare. q̄ facit homo
cū spretis carnis uoluptatib;. ane
helat ad dm̄. ⁊ ad celestia capien
da. ⁊ in hoc statu erat aplus q̄ di
cebat. posterior obliuis. ad ante
riora me extendens. ⁊ iterū nra ɔ
uersatio in celis ē. Vn̄ si religio
sus diu portauit iugū regle
ī cruce cū symone ī agaria
q̄ eēt coacte ⁊ ɔ uoluntatē. p̄
cepta regle obseruaret ad istas
uirtutes potit̄ feliciter peruenire.
qa sedebit p ɔtēptū mūdi ⁊ p p̄
or ⁊ ppe uoluntatis. ⁊ eēt solita
rius fugiens dmonib; ⁊ peccatis
tacebit p obseruatione silentii ⁊
p lectiones meditatione. leuabit
se sup se. p scimonie scītātē qa
sine scimonia nemo uidbit dm̄.
ut dic aplus ad heb. Scimonia q̄dē
ē mētis ⁊ corporis uoluntaria et
pfecta castitas siue mūditia
sine admixtione alicui tur
pitudinis uicior.

Miraculū ad reuocandū homines a peccatis.

Quodā tēpore in gostantinopoli accidit
tale factū. qa peccatis exhigentib; in dic
ta ciuitate. facta ē pestilentia magna que
ē infirmitas talis q̄ omīs quos capit in
differenter occidit. Vn̄ tot sunt homines
ibi mortui q̄ domus multe uacue re
manserūt. In dicta aūt ciuitate cū
p̄dicta pestilentia gostantinopolim de
uastaret. erat qdā hō q̄ uocabat̄ taxi
otas. qa taxabat ꝓuentus rei publice.
hic cū eēt ualde peccator ⁊ maxime
luxuriosus. uidens pestilentiā dnan
tē timens mortē ɔpunctus ē de pec
catis ⁊ egit penitentiā dimissis. et ut
posset ī penitentia pdurare. ⁊ magis
dō ī mūditia deseruire. exiuit de ciuitate
⁊ abiit ad abitandū in rure. ducens
secū ppriam uxorē. ut si continere n̄
posset. saltē ab ea exhigeret legittimū
debitū ɔiugale. Quadā aūt die conti
git q̄ uxor sua erat absens. cepit iste
grauit a luxuria tēptari. et uoluptate de
uictus. cecidit in adulteriū cū uxo
re agricole sui. ī continenti aūt ē
ipm̄ cepit comunis infirmitas illa
s. pestilentia. que ne homīē exeun
tem sine mora extinxit. quē cū
uxor sua rediens mortuū repisset.
fecit corpus eius ad qddā monasteriū
deportari. ⁊ sepelliri. Abbas aūt illius
monasterii cū eēt scīssimus hō. ⁊ alia
die deambularet p claustrū ubi iste se
pultus erat audiuit eū clamantē
miseremini mei. Abbas ū ⁊ monachi
ad sonitū uocis pcedentes. uenerū
⁊ apperuerūt sepulcrū. quē semi
uiuum reppierentes. dixer in in

miraculū ad reuocandū homines a peccatis

firmitorio

firmitorio. Cumq; interrogaret eum que ḡ
ſe facta fuiſſent. ipe ꝑ treſ dieſ nichil po
tuit loq. ſʒ poſt tertiā diem orationib;
abbꝭ ⁊ monachoꝝ linguā recuperauit. ⁊
poſtulatuſ ab abbe. ut q̄d uidiſſet referet.
cepit narrare dicenſ. Ego cū eem ī
mortiſ articulo ⁊ in exitu cōſtitut̄.
⁊ ꝑmerer infirmitatiſ ⁊ mortiſ
anguſtia. uidi multoſ ſcōſ anglōſ
uenienteſ in quoꝝ brachiiſ cū uel
let mea aīma aduolare. ſtatī appa
ruerūt iuxta eoſ terribileſ ⁊ orri
bileſ d̄moneſ. q contendebāt aīmā
mea rape et ad inferna deducē. qua
uero cū nollet egredi de corpore.
ſʒ grauī ē infirmitate expulſa.
unuſ de boniſ angliſ eā cepit dicenſ.
tā diu eā retinebo [illegible] cognoſ
catur cuiuſ uiteſ fuit. [illegible] eam
ḡ uſq; ad portā paradiſi ꝑ ſingu
laſ cuſtodiaſ peccatoꝝ. ē ſi in aliq̄
peccō reptuſ fuit. ꝯ quoꝝ egit
penitētiā. ꝑm̄ uob̄ tradā. ſi aūt
in aliquo peccō n̄ fuit. ꝑm̄ por
tabo ad celū. Procedebat ḡ bonuſ
angluſ portanſ aīmā. quē de
monē ſubſequebant̄. ⁊ porta
bat angluſ oīa bona opa eiꝰ
quaſi ī quodā ſacculo demoneſ
ū oīa mala opa quaſi ſcripta
in cartiſ in alio ſacculo de por
tabāt. Veneꝝ ū ad ꝑmā cuſtodiā
q̄ erat ſupbie. eo q ſupbia ſit
ꝑma uitioꝝ ⁊ q̄libet uitiū. de
ſeptē capitib; ſuā habet cuſto
diā. ꝑpoſitoſ ⁊ miniſtroſ. q
diſcutiūt aīmaſ ⁊ q̄ ſibi uen
dicāt que ſue cuſtodie inueni
unt obligataſ. ut pote ſi ē ī peccō
ſupbie. miniſtri ſupbie eam cruciandā
deducāt in infernū. ⁊ ſic de omib; aliiſ
uitiiſ omib; intelligendū ē. Cūq; iſte
in .vi. ꝑmiſ nullomodo fuiſſet reptuſ
fuit ductuſ a bono anglō maliſ
inſequentib; uſq; ꝓpe portā para
diſi. Et ecce cuſtodia fornicationiſ
ſtabat ibi. Exeunteſ aūt cuſtodeſ.
ceper̄ fornicationeſ meaſ antiquaſ
bono anglō allegare. angluſ ū reſ
pondit. omſ fornicationeſ quaſ
obicitiſ. quaſ fecit in ciuitate di
miſit ei dſ. q̄a penitentiā egit.
cui reſponder̄ demoneſ cuſtodeſ.
ſʒ poſtq̄ receſſit a ciuitate. cecidit
in adulteriū cū uxore agricole. de
qua penitētiā n̄ egit. ⁊ in illo
peccō mortuuſ ē. incontinenti
aīmā eiuſ miſerā ꝓiecerūt ī
manuſ illoꝝ. q cōtinuo capien
teſ me. ⁊ acriter cedenteſ. de
duxer̄ ad terrā. q̄ aperienſ ſe
deglutiuit noſ in infernū. ubi
omſ pene. ubi omſ doloꝝ. ubi
ignuſ ⁊ uermiſ n̄ morienſ. ubi
fetor intollerabiliſ. ubi obſcuritaſ
ſine fine. ubi clamor ⁊ eiulatuſ
ſine fine. in quo cū ꝑ multa te
pora ſtetiſſē. contigit illoſ me
uidē anglōſ q me deducebāt. pⁱuſ
cū exiui a corpore. cūq; rogarē
eoſ ut miſererent̄ michi. ꝓmit
tenſ emēdatione. reſponder̄. fru
ſtra queriſ. q̄a n̄ ē hic locuſ me
rendi. ſʒ recipiendi tantū. Cūq;
ego inſtarē precib;. unuſ de angliſ
dixit alteri in fide mea ſuſcipiā
illū. q̄a aget penitentiā de comiſ
ſiſ. ſi uolueriſ eū in corpuſ reducē.

Confeſtim autē ille angelus acce
pta ſic iuſſione reduxit aīmā
meā ad corpus dicens intra
unde exiſti 7 ſatiſfacias dō in pe
nitentia ſalutari. Cumq; abor
rerē intrare corpus eo qd erat
fetidū 7 obſcurum dixit michi
angelus aut intrabis aut te re
ducā unde portaui. Ego autē liben
tiſſime intrans. tali modo reuixi.
7 ita poſtea p quadraginta dies iſte
deuotam dō penitentiā obtulit quo
tidie plorans 7 percutiens pectus di
cens. ve peccatorib; p tormenta que
eos expectāt. 7 poſt tres dies tantū
ſemel ſumebat cibum. 7 ſic in qua
dragesimo die mundatus 7 puri
ficatus. cū ſumpſiſſet ſacramentū corpo
ris ihu xpi. pſente abbate 7 mona
chis i pace deceſſit. Pdicta autē q
iſte uidit. uidit 7 demonſtrata ſūt
ei ad eruditionē noſtram ut caue
amus a cuſtodiis peccatorū 7 ſpe
cialiter a fornicatione ut ſine impe
dimenta ad patriā etnā ducentib;
ſanctiſſimis angelis cū gaudio 7 iubi
lo aſcendam. Miraculū ad uirtu
tē eucharistie commendandam.

Quidā uir natione italicus ha
bens uxorē fidelē 7 timentē dm.
cū peregre pfectus eēt. captus ē a
paganis. et detruſus in carcerē
ita q multa tēpora uxor eius de eo
rumores audire n̄ poſſet. Ex quā
doq; exierūt rumores q mortuus e
rat. q credens uxor eius ſepe ſe
pius 7 certis dieb; in ſeptimana
p abſolutione anime eius miſſas
cantari faciebat. Poſt multū autē
tēpus dimiſſus a carcē rediit ad
uxorē ſuā. 7 cū narraret ei q ſibi
contigerat. int cetera cepit nar
rare ei 7 dicē. Dn̄a mea qddā maxi
mū miraculū accidebat michi.
trib; uł .iiii. or uicib; in ebdomada.
in hora miſſarū. qa ſemp uincula mea
dirumpebant illa hora. 7 ſic erā a uin
culis abſolutus. Pt q miraculū
pagani me liberū dimiſerūt.
quare aut hoc michi accidit. in
illis dieb; 7 n̄ in aliis. 7 quare
n̄ in aliis 7 in aliis tantū hoc
michi eueniret. ignoro. tūc
ſcā illa mulier cogitare cepit 7
exquiſitis diligentr̄ dieb; 7 horis. i
uenit q ea hora uir eius a uinculis
ſoluebatur. qb; ipa p eo faciebat
offerri dn̄o hoſtiā illibatā. Vn̄ utq;
illorū maximas rettulit gratias.
ſaluatori. et circa ſacramentū eucha
riſtie. 7 circa ſacras miſſas deuo
tiſſimi extiterūt. qa p certo ue
rū ē q p nullā aliam oratione
uł genuflexionē uł pſalmorū
decantationē ita placatr̄ ds. ſic
p oblatione corporis 7 ſanguinis
ihu xpi. qa hec ē illa hoſtia de qua
dicit paulus ad heb. p quā fracta
ſūt tartara. 7 ſci de inferno
liberati. q hoſtia bn̄dicta ut ipe
dicit ſemel oblata 7 ſumauit in
etnū ſcificatos. qa in ea repſen
tatur paſſio ihu xpi. q fuit to
tius mundi ſumma ſalutis. q dm̄
patrē placabilē humano gene
ri reddidit humanū genus de
ſuitute diaboli redemit. pecca
omnia abluit. 7 uite etne ianuā
reſerauit. Vn̄ ſūmū remediū
p mortuis ē. corpus xpi offerre.
qa confidentr̄ dicimꝰ. q omēs ora
tiones de mūdo. non tantū pro
deēnt aīme i purgatorio poſite.
quātū una miſſa. ſi eēt deuotiſ
ſime celebrata.

Tractatus ſup pat nr̄.

Duo ſunt ſimul que principalr̄
attendēda ſunt circa humana circūſpectio.
7 dignitatē ſue conditionis. 7 excellen
tiam ſue reformationis. dignitatē

ſue conditionis ut peccare timeat. Ex
cellentiam redemptionis ut gr̄e redim̄
tis ingratus n̄ exiſtat. Sola qppe uolun
tate redemptoris hō terre uilitate ſu
blatus eſt. et ad dī ſimilitudinē priui
legio ſublatus eſt. hanc miſer hō p
didit cū diabolica pſuaſione ſe
ductus. a conditoris ſui inſtitu
to ſupbiendo receſſit. que lapſū
pſalmiſta conſiderans quaſi condo
lendo dicebat. hō cū in honore eēt
n̄ intellexit. cōparatus ē iumentis in
ſipientib; 7 ſimilis factus ē illis. Qui
ſūma qppe erectione pprio arbitrio
corruens merito ultima dampnati
one dāpnatus ē. q pſe cadē potu
it. ſ; pſe reſurgere n̄ ualuit.
huc caſum habet plangē cotidia
nis lamentis. humana fragilitas.
quatin̄ eo reddeat pcotidiana lam̄
ta un̄ corruit puana oblectamta.
qcecidit pede ſupbie. reſurgē ſtud
at pede obedientie. hoc attendens
pſalmiſta dicebat. Non ueniat m̄
pes ſupbie. ibi ceciderunt q opant̄
iniqtatē. expulsi ſunt nec potue
runt ſtare. i. pſe redire. ſic p
eunde. pſalmiſta deeāde dicitur,
qa caro ſunt ſpūs uadens et n̄
rediens. Ad hac ergo reuerſionē ſi
ue reſurrectionē neceſſaria fuit
medicinalis grā redemptoris. q ſa
naret. humilitate. q corruptū fu
erat elatione ſupbie. Aſſūpſit ergo
ubū dī formā ſui. in q poſſet cū
ſuos ūbo inſtruē. et ad exemplum
ſue uite mor diſciplina infor
mare. humilitatē qppe 7 obedi
entiā ūbo 7 exēplo inſinuabat
qnō diſcipulis exorando dicebat.
Tollite iugum meū ſup uos. 7 di
ſcite a me qa mitis ſum 7 humil
corde. Iugū enī meū ſuaue eſt
7 honus meū leue. Iugum enī ed
obedientie merito ē leue. ē ſuaue

[Margin: expulsi sunt ab inti mag ete nec potuerunt stare.]

eſt regnare. 7 honus pceptor eius
leue. q n̄ pmendo grauat. ſ; ad im
plendū p gratiā adiuuat. Inſi
nuauit etiam ūbo ſobrietatē ubi
dixit. Non grauentur corda ura
in crapula et ebrietate. Docuit
exēplo qñ turba ſe comitantē
n̄ refecit ſuptuoſis dlitiis. ſ; pa
nib; ordaceis. Docuit etiā intentio
nē nrām ad interna bona dirigens
qualit eēt ieiunandū. Qn dixit
cum ieiunatis nolite fieri ſic ypocte
triſtes. illos notans q luctuoſis ſor
dib; rigorē ſimulant abſtinentie.
ut uideant ab hominib; ieiunantes.
Qualit aūt facienda ſit helemo
ſina ſilentio pterire noluit. ubi
dixit. Cum facis elymoſinā neſciat
ſiniſtra tua. qd faciat dextera tua.
hoc documto inſinuans. qa helymo
ſinā 7 omē opus mīe q facim̄
n̄ uenando laudes hominū. ſ; in
teptionē uite ētne. q p dextera
ſignificatur. facē amonemur. Qua
lit quoq; eēt orandū. amonuit ubi ait.
Tu aūt cū oraueris. intra in cubi
culū. i. habeto cor qetū. 7 ab omi
tu multu exterior liberū. 7 clauſo
hoſtio. i. excluſa phantaſmatū turba
ora patrē tuū. Ecce dictū eſt qualit
ſit orandū. Addet etiam qd orandū
ſit ita ſub iungens. Sic aūtē orabitis
Pat nr̄. 7c. Hec orō cōpēdioſis
uerbis. i. vii. petitionib; omīs ſpe
cies eius orōnis cōphendit. qb; dm
interpellamus. aut p appetendis bonis.
aut p uitandis malis. aud p delendis
cōmiſſis. hay vii. petitionū tres
prus poſite. ptinet ad eternitatē. iiii.
ſequentes. ad uite pſentis neceſ
ſitatē. Nā nominis dī ſcificatio.
7 aduentus eius. quo in claritate
uenturus ē. 7 cōpletio uoluntatis
eius. ſicut in celo et in terra. ſiue
iuſtos 7 peccatores. ſiue aīma 7 corpus.

siue xpm et ecclesiam intelligamus. quarum
ab hiis uel ab aduentu xpi exordium sumat.
tamen non nisi seculi terminatione complebuntur.
quia omnia ista in eternum manebunt. Reliquae
uero quattuor ad hanc uitam temporalem per
tinere uidentur. quia et panis cotidianus. id est
spiritualis licet sit sempiternus. ad hoc tamen
tempus pertinet in quantum ministratur anime.
quibusdam signis. id est dictis uel scriptis. et ideo pa
nis dicitur. quia laborando et desiderando
delectatur. et ita quasi manducando glut
titur. Nunc quoque dimittuntur peccata nobis.
et nos dimittimus aliis. quae est inter quattu
or sexta petitio. Et nunc temptationes uitam
nostram infestant. et ipsa liberatio a malo
ad hanc uitam pertinet. quia dum iustitia mor
tem incurrimus uera ipsius misericordia liberan
di sumus. Que cum ita sint. ipsarum petitio
num uerba diligenter pertractanda sunt.
ut intellecta et maiorem generent cordis
affectum. Et que petitiones ad uelociorem perducant
effectum. Dicamus ergo pater noster. cum non timo
re sed amore famulamur. Non legitur populo preceptum
esse dictum ut patrem oraret. sed dominus in
similitudinibus est eis. cui non filiali obedie
bat amore. sed seruili subiacebant ti
more. Admonentur autem hoc uerbo di
uites et nobiles. cum xpiani facti fue
rint. quod se non extollant aduersus pau
peres et innobiles. quam simul dicunt pater
noster. quod uere ac pie dicere non possunt.
nisi se fratres esse cognoscant. hoc ergo nomine
caritas excitatur. quia filius nichil
debet esse carius quam pater. quia uero hic ipsum
dedit ut essent filii. Postremo ista
causa animum eius tangit qui dicit
pater noster. ut tanto patre non sit in
dignus. Notandum ergo populus nouum testa
mentum uocet. populus nouus ad heredi
tatem uocatus. Pater noster oratio fraterna est.
non dicat pater meus. tamquam pro se tantum orans.

Triplex effectus. cum homo nescit dicat pater noster. et quedam impetratio. di presumptio quae petitur. cum et ante petitionem tam magnum donum accepimus ut possimus dicere pater noster. quod est quia non debet filius peccatoribus pater

sed pater noster omnes uidelicet una oratione com
plectens. quia se in xpo fratres cognoscant esse.
¶ Qui habitat in celis. id est in hiis quorum
conuersatio est in celis. et accommodatissima est
ista similitudo. ut spiritualiter tantum
distare credatur inter iustum et pecca
torem. quantum distat corporaliter inter
celum et terram. peccatori enim dictum est
terra es et in terram ibis. Cuius rei figurandae
gratia. Cum ad orationem stamus. ad ori
entem conuertimur unde celum surgit. non quod
ibi sit deus tamquam ceteris mundi partibus
relictis. sed ut admoneat animum ad
excellentiorem naturam conuertere. id est ad
deum. Iam quid petendum sit attendamus.
¶ Sanctificetur nomen tuum. Quod non sic petitur
quasi non sit sanctum dei nomen. sed ut sanctum habeatur
ab hominibus. et ita ignoscat illis deus
ut existiment aliquid sanctius non esse. quo
magis timeant eum offendere. De quo
dicit dominus non illi. Hic timor primo gradu
est inter beatitudines. De quo dicitur. Ini
tium sapientie est timor domini. et
alibi timor domini permanens in seculum
seculi. Sequitur adueniat regnum tuum
id est manifestetur mundo. sicut presens
ut est absens celis. ita dei regnum quod
uis ubique sit. deest tamen ignorantibus.
Vel ita. ut tu ita nobis et nos in te.
te donante regnemus. Hec petitio
ad pietatem pertinet. quae secundo gradu
inter beatitudines. Si enim pietas est
qua beati sunt mites. petamus ut ue
niat regnum dei in nos. id est mi
tescamus et non resistamus. Sequitur
Fiat uoluntas tua sicut in celo et
in terra. id est sicut in angelis ita et in
hominibus. uel sicut in iustis ita et
in peccatoribus. Vel ita consentiat
caro uoluntati tue. sicut consentit
spiritus. hec petitio ad scientiam per
tinet.

i. tertio gradu est inter beatitudines. Nam si scientia est qua beati sunt qui lugent. oremus ut fiat uoluntas dei sicut in celo ita et in terra. i. ut consentiat caro spiritui. quia non aliunde tantum dolere debet humana miseria. quantum quod caro illud aduersus spiritum. et spiritus aduersus carnem. ut cum apostolo exclamare cogamur. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius. Sequitur quarta petitio. Panem nostrum cotidianum da nobis hodie. potest et simpliciter intelligi de cibo corporali. et spiritualiter de pane diuini uerbi. Si de corporali agitur non extendit petitionem suam in longum iste orator. preceptum sequitur euangelicum ubi dicitur. Nolite cogitare in crastinum. Crastinus enim dies ipse cogitabit sibi. Sic et beatus apostolus monet. habentes uictum et tegumentum his contenti simus. Si uero spiritualiter accipias panem istum uel ipsum christum intellige qui est substantialis anime panis. quia omnem superat substantiam. qui de se ipso ait. Ego sum panis uiuus qui de celo descendi. uel ipsum intellectum uerbi diuini. qui nobis necessarius est ad reficiendas ruinas anime donec cognominatur hodie. Hec petitio ad fortitudinem pertinet. que quarto loco ponitur ascendentibus ad summam beatitudinem. Per enim fortitudinem qui beati sunt qui esuriunt et sitiunt iustitiam. Orandum nobis est ut detur nobis iste panis cotidianus. quo confortati. ad illam perfectam saturitatem uenire possimus. Sequitur et dimitte nobis debita nostra. forte peccauit in te aliquis dimitte illi. ueniam a te petenti. ne dum tuam negas misericordiam tibi claudas patris indulgentiam, dicente iacobo apostolo. Iudicium sine misericordia ei. qui non fecit misericordiam. Hec petitio refertur ad consilium. quod quinto loco ponitur inter gradus beatitudinum. Dicit consilium est qui beati sunt misericordes. dimittamus debitoribus nostris debita sua: et sic oremus ut dimittantur nobis debita. i. peccata nostra. propterea quod differimur ab impetranda uenia. non eam acceleret fratribus facta indulgentia.

Sequitur et ne nos inducas in temptationem. ne patiaris nos induci in temptationem. Aliud est temptari sine quo nullus probatus est uictus. aliud in temptationem induci. i. a temptatore seduci. hoc ergo oramus ut non permittat nos deus temptari supra id quod possumus sed faciat cum temptatione et prouentum. ut possimus sustinere. Hec petitio pertinet ad intellectum. qui sexto loco ponitur in numero beatitudinum. Sic enim intellectus est qui beati sunt misericordes. i. qui purgatum habent oculum mentis terreno puluere. Oremus ne inducat in temptationem animam habentem duplex cor. sed unum et simplex appetentem bonum. Sequitur sed libera nos a malo. Non tantum ita quod induci possimus. sed etiam ab illo in quod inducti sumus. quo pacto nichil restabit lugendum. huic petitioni congruit sapientia septimum inter beatitudines optinet locum. Nam si sapientia est qui beati sunt pacifici. i. qui ordinatis moribus suis cogunt omnia subire spiritui. Orandum est nobis ut liberemur a malo. Ipsa enim liberatio liberos nos facit. i. filios dei. ut spiritu adoptionis clamemus abba pater. Item autem in hiis omnibus petitionibus certificat indubitanter a domino conferri quod petimus. si ultime conditionis pactum

firmiter teneatur. hec tria remediorum genera spiritualium commendauit nobis celestis medicus. elymosinam uidelicet ieiunium orationem. quibus tamquam medicinalibus antidotis possemus inueterata mala curare. presencia pellere. confirmando salutem. futura cauere. Et congrue tria sunt genera curationis. sic tria precedunt corruptionis. Omne enim peccatum aut fit in anima per consensum praue suggestionis. ad uiolandum dei templum. aut fit male utendo corpore. ad ledendum proximum quod est facinorosum. aut fit male utendo corpore. ad corrumpendum se ipsum. quod est flagiciosum. Facinora enim licet per corpus fiant qualia sunt homicidia. rapine. furta. non tamen corpus facientis affligunt uel corrumpunt. De quibus dicit apostolus. Omne peccatum quodcumque fecerit homo. extra corpus est. flagicia uero que per corpus fiunt et corpus affligunt et inficiunt. De quibus dicit apostolus. Qui autem fornicatur in corpus suum peccat. Merito ergo facinora que extra corpus fiunt elemosina tamquam exteriori purgantur medicina. quia sic faciens nocuit proximo. sic elemosina que extra nos est. et per corpus tamen datur prodesse debet proximo. flagicia uero congrue tamen dici ualet mundantur per parsimoniam. [margin: i. abstinentia.] quia sic leta caro traxit ad culpam. sic afflicta reducitur debet ad ueniam. Siqui uero sunt quibus hec medicamenta non congruant. uel elemosinam dare non possint propter nimiam paupertatem aut ieiunare propter stomachi inbecillitatem habent tercium genus medicine a quo se excusare non potest nisi qui

morbos anime sue sanare contempserit. hoc ergo medicamentum cum nulli sanatorum deesse potest studiose et pie frequentemus. Implorantes illud apostolicum preceptum sine intermissione orate. Hoc enim antidotum ita omnibus morbis occurrit. ut assiduatum omnes morbos depellat. et omnia corrupta integritati restituat. prestante etc.

De credo in deum patrem.

CREDO in deum patrem omnipotentem. Ille ueraciter credit in deum qui eum non genitum sed unigenitum omnipotentem et omnium uisibilium et inuisibilium creatorem absque ulla cordis dubitatione credit. et quicquid [illegible] promittit potens sit et ad implendum. et nec eum inicium aut finem putat habere. aut ex aliquo initium sumere. Qui etiam omnem spem suam ponit in ipso. et cuius desiderio et amori nichil preponit. Sed et hoc ueraciter tota cordis intentione sentire debet uerum eum patrem esse. deum qui habebat filium unicum. et uerum deum per omnia equalem sibi. Omnipotentem quod omnia absque ulla sui laboris mobilitate implere possit quicquid uelit. Et in ihesum christum filium eius unicum dominum nostrum. Iubemur etiam in ihesum christum filium eius credere quia uerus filius est unius cum patre substancie. potestate. eternitate. maiestate. deitate. equalem per quem omnia facta sunt. unicum dominum nostrum. Quia catholica fides non duos dominos aut alium sed unum confitetur et summum. quod uero dicitur unicus dei filius. hoc procul dubio confiteri oportet. quia non ad optionem sed

natura ꝓprius ſit filius ad diſtinctio
nem nr̄oꝝ q̄ ꝑ gratiam adoptionis
uocamur filii. ¶ Qui conceptus ē
de ſpū ſcō natus ex maria uirgine
Cum legimꝰ eum conceptū eē. ſiue
ut alia tranſlatio hab; natū de ſpi
ritu ſcō. non eſt conueniens rō ut
credamus eum filiū ſpūs ſci. quod
idem ſpm patrem dn̄i noſtri
ſaluatoris ihū xpī. ſ; cū dicimus
conceptū eē de ſpū ſcō. ſiue natū
hoc procul dubio intelligere debem̄.
q̄ operatione ſci ſpūs ineffabili
ter in utero uirginali conceptū
eē. & natum dn̄m ſaluatorē
in qua etiā operatione quamuis
ſolius operatio ſci ſpūs nominet̄.
tota credenda eſt trinitas. cuius
indiuidua ē operatio. operaſſe. Nam
ſi filius diceretur ſpūs ſci uald
abſurdiſſimū eēt. q̄ hec increa
turis mens refugit humana
ſentire poſſe. ¶ Paſſus ſub pontio pi
lato crucifixus mortuus & ſepult.
paſſum et mortuū confitemur
ut eū uerū corpus nos habuiſſe
credamus. in quo pati & mori po
tuiſſet. quia n̄ uerū corpus eēt.
paſſionem ſuſtinere n̄ poſſet. ¶ Sub
pontio pilato. Et ꝓpter nr̄a ob diſcre
tionē alioꝝ additū eſt. Pilatus
enī hō fuit de quodā loco pon
tio. q̄ tunc tēporis princeps ihe
roſolimis a romanis conſtitut
erat & ne forte de alio quolib;
dicere uideremur. paſſio additū
ſub pontio pilato. ut in tēpm
nos ueraciter credere omīs cognoſ
cant. dicimus & crucifixum ut
n̄ in alio ſ; in eum crucifix eſt

nos credere monſtremus. ¶ Deſcendit
ad inferna n̄ ut ipſe in inferno te
neretur. q̄ impoſſibile erat. iuxta illud
apli tenerī enī ab eo. ſ; ueluti
cum rex carcerem intrat. n̄ ut te
neatur a carcere. ſ; ut uincti libe
rentur. ita & dn̄s ihc xpc ueraciter
deſcendens in infernū ut uictos
quoſq; qui a diabolo tenebant̄ dis
ruptis inferni clauſtris. eripet.
Credimus xpc unitate ꝑſone & to
tum xpm dn̄m ſaluatorē cum
tante diuinitate deſcendiſſe in
infernū. & totū iacuiſſe ī ſepulcro.
¶ Tercia die reſurrexit a mortuis.
Credamus ueraciter eum in ea carne
poſt paſſionē ſuam quā ex uirgine
ſumpſit reſurrexiſſe a mortuis. ut nob
certa ſpes reſurrectionis fieret. ut
q̄ in capite nr̄o uidim̄ h̄ in membris
fieri certiſſimū tenemus. ¶ Aſcendit
ad celos. hoc factum ꝑ .xl. dies re
ſurrectionis ſue credimus īpletū.
ſic euāgliſta narrat. & eū in ea car
ne in qua reſurrexit a mortuis
uidentib; diſcipulis ī monte oliueti.
eleuatiſq; manib; bn̄dicens eis. aſcendit
in celū. ubi ſcdm uerbi eternitate ſemp
manet patri equalis. ¶ Sedet ad
dexteram dei. hoc ē eſt in dextera dī equal
patri potentia ꝑmanens. ¶ Inde uenturus
iudicare uiuos & mortuos. i. in ipſa
carne uenturus ē ad iudicandū.
in qua aſcendit in celū. ſ; illud daniel.
Ecce in nubib; celi filius hominis
ueniet. vn̄ illud euāglii. Sicut fulgur
exit in oriente & paret uſq; in oc
cidente. ita erit aduentus filii hoīs.
In ipſa etiā forma uidebit eū omīs
oculus. Sicut ait ſcriptura. Videbit eū

patris omnipotentis. hic ſedere ponitur tale ē hac ſi diceretur. ſedet ad dexteram dī.

omnis oculus et qui eum pupugerunt. uiuos et
mortuos illos ueraciter credimus qui tunc
temporis in corpore inueniendi sunt.
mortuos quique iam moriendo precesserunt ui
uos. ¶ Credo in spiritum sanctum uerum deum
equalem patri et filio ab utroque proce
dentem. Credimus unius cum patre et
filio substancie unius potestatis.
unius eternitatis. unius maiestatis.
cuncta sanctificans. et per se suam mun
diciam. pertingens a fine usque ad
finem fortiter. et disponens omnia su
auiter. hec est uera et catholica fi
des. quam in symbolo confitemur.
dicentes. ¶ Credo in deum patrem
omnipotentem et in ihesum christum filium
eius et in spiritum sanctum ab utroque proce
dentem distinguentes personarum propri
etates. ut eum et trinum in personis cre
damus. et unum in substantia profiteamur.
¶ Sanctam ecclesiam catholicam. hoc sum
mo opere sciendum. quia sanctam electorum
ecclesiam ueraciter credimus. non tamen in
ipsam credere debemus. quia domus dei est
non deus. catholicam ex greco uocabu
lo. quod latine dicitur uniuersalis uel
confitemur eam. quia a solis ortu usque
ad occasum unius fidei splendore co
ruscans diffunditur. quicumque in angulis aut
in una ciuitate aut regione consi
stit. et id circo non catholica sed conuenti
cula per usorum nominanda est. ¶ Sanctorum
communionem. Idem est illis sanctis qui in ea
de fide uixerunt. et defuncti sunt so
cietatem credimus nos in futuro habere.
¶ Remissionem peccatorum. Credimus absque
ulla dubietate. et sanctam ecclesiam catholi
ca dari remissionem omnium peccato
rum. siue in baptismo. ubi non solum
originale illud ex eade peccatum
uerum etiam que cumque male uiuendo
per modum ad missum est siue etiam per penitem
tiam dilui maculas. et sordes omnium
peccatorum in fidei catholice fundamento
positos. et sic omnium peccatorum remis
sionem. Extra ecclesiam uero positis non ad uni
tatem fidei catholice resipiscentes redde
ant minime credimus posse accipe
remissionem peccatorum. aut saluari.
¶ Carnis resurrectionem. Confiteamur
etiam carnis resurrectionem. quia huius hec est
fidei perfectio et summa. ut ipsa caro que
cecidit. ueraciter credatur resurgere.
immortalis et semper in perpetuum mansu
ra. Non solum iustorum resurrectionem.
uerum etiam et iniquorum ueraciter pro
fitemur. Ut omnes in eadem carne.
qua uixerunt resurgentes. Accipiant
iusti pro meritis uitam beatam. numquam fi
nituram. iniqui supplicium eternum semper
mansurum. nec difficile hoc pietatum
debere ut ille qui ex nichilo creauit an
quam esset non posset iam creata ite
rum reformare. ysaias namque clamat.
Resurgent mortui. et resurget qui
in monumentis sunt. Unde daniel dicit.
Resurgent mortui et qui intra pul
uerem dormiunt euigilabunt. Et mul
ta alia de resurrectione in scripturis
diuinis continentur. ¶ Uitam eternam
amen. Uitam eternam credimus post huius uite
excursum successuram numquam finituram.
Eterna quippe dicitur quia nullo fine ter
minatur. Amen amen. optantis est uerbum
quod tam hebraice quam grece dicitur et lati
ne. Quod aliis uerbis possumus dicere
fiat. aut permaneat hoc quod superius
diximus. Quam particulam frequenter dominus
in euangelio ponit et dicit. amen amen dico
uobis. hoc est uere fideliter. quod uerbum he
breum esse creditur. quod non latinus interpres
non grecus potuit eius proprietatem
exprimere. Similiter alleluia. et osanna. et id
circo tam grece quam latine ipsum uerbum
hebraicum ponitur. Explicit symbolum.

Nota de simbolo.

mini. Sic dic in euanglo. Tu aūt cū oraueris
intra in cubiculū tuū. ꝗ cla. ho. o. patre. ꝛc̄.
q ad litteram intelligi pot. Sꝫ melius mora
lit intelligendū ē. Tu aūt cū oraueris in
tra in cubiculū mētis tue. i. teneas tecū
te met ip̄m. in mente tua. ꝗ nō sis alibi p̄ cogi
tationē. Et claude hostium cordis tui ne intra
re possint cogitationes diuerse ꝗ musce.
que possent d̄ foris. qa musce mo
rientesqꝫ possent [illegible] p̄dunt suauitatē. i. deuotionē
unguenti. i. orationis. Sꝫ miseri pecca
tores hodie nō claudūt hostiū. imo ap̄i
unt. ꝗ p̄mittunt intrare oīs [illegible]
ꝗ consentiunt omnibꝫ temptationibꝫ ꝗ ta
ita amittūt suauitatē unguenti ꝗ dē
facti. ꝗ quasi bestiales sūt effecti. Vn̄ d̄
dati sunt gule ꝗ uentri. tota die enī
comedūt tamq̄ bruta animalia. Et inde
ē q̄ ex nimia ciboꝝ repletione. cito infir
mantur et moriunt. Vn̄ si uis secur⁹ uiue
re abstine a superfluitate ciboꝝ ꝗ ebrietate.
qa ut dicit p̄ a exercite te ip̄m sine peccato.
labores manuum tuaꝝ manducabis. beat⁹
es. ꝛc̄.

(9r.)

Tertio modo uidetur deus per spem in uita eterna. Vnde
tunc uidebimus eum facie ad faciem, sicuti est. Nunc
autem uidemus eum fide et contemplatione. In futu
ro post iudicium uidebimus eum per speciem. Vnde ysa
ias oculus non uidit absque te, que preparasti dili
gentibus te. Israel anima fidelis. Israel, deus.
Israel interpretatur uir uidens deum. et signifi
cat animam fidelem. que debet semper deum uidere.

233

Hec est arbor mala fructus bonos facere [illegible] ... arbor [illegible] ... radix [illegible] ... constituitur [illegible] ... mala [illegible] ... gulam [illegible] ... ramos [illegible]

[illegible]

Custodi [illegible] prohibuit dominus in evangelio ubi ait. Attendite ne graventur corda vestra [illegible] crapula et ebrietate. Hinc apostolus [illegible] ait. Fornicatores et adulteros iudicabit deus [illegible] ... ramos huius arboris [illegible] concupiscentia oculorum [illegible] ... Poma huius rami comedunt maiores et minores [illegible] comedunt [illegible] ... de pomo rapine [illegible] mercatores [illegible] ... agricole pomum fraudis. Ita [illegible] dominus dicit [illegible] ... usque ad maiorem omnes sectantur avariciam. [illegible] ramo [illegible] superbie [illegible] huius rami pomo comedit lucifer et primus homo [illegible] lucifer [illegible] fuit [illegible] adam de paradiso. Poma huius rami comedunt maiores et mino[res] [illegible] spirituales et carnales. [illegible] pomorum comedit [illegible] ... de paradiso [illegible] ... sibi [illegible]

[illegible]

De levibus et occultis et gravibus et manifestis temptationibus

Supradictarum autem temptationum quedam est levis et occulta, quedam levis et manifesta, quedam gravis et occulta, quedam gravis et manifesta. Et istas quatuor species temptationum significavit in verbis propheta David ubi dicit: Scuto circumdabit te veritas eius, non timebis a timore nocturno, a sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incursu et demonio meridiano, id est ab incursu et demonio meridiano. Levis siquidem et occulta temptatio est qua temptamur de aliquo de quo ignoramus utrum sit peccatum an non. Sicut est concupiscere rem alienam iusto pretio, vel est qua delectatur aliquis in delectatione libidinis et sine voluntate et consensu perficiendi, que quia non nulli forte existimant non esse peccatum, ideo huiusmodi temptatio occulta dicitur. Levis autem dicitur quia non ita urget mentem ut violenter cogat hominem ad operis completionem. Et huiusmodi temptatio significatur per nocturnum timorem, quia temptatio illa que nocturna est quia occulta dicitur. Sed licet levis sit timenda tamen est et cavenda, quia perpetrare possumus consensum. Levis et manifesta temptatio est cum de manifesto peccato vel vitio temptatur aliquis, sicut de fornicatione, adulterio, furto, rapina et huiusmodi, sed ita levis est ut facile resistere valeat. Huiusmodi temptatio dicitur sagitta volans per lucem

tatem. In die vero volare dicitur per manifestam peccati cognitionem. Gravis et occulta temptatio est qua aliquis simplex temptatur super articulis fidei vel sacramentis ecclesie. Verbi gratia cum aliquis hereticus incipit ei ostendere non ita esse credendum de resurrectione Christi, de baptismo, de penitentia, de corpore Christi sicut credit ecclesia et illud ita niti ostendere per rationes et auctoritates quod quasi cogit eum ad credendum. Et huiusmodi temptatio gravis dicitur quia vehementer urget. Occulta dicitur quia quid credere debeat ignorat. Et hec temptatio designatur per negotium ambulans in tenebris. Negotium enim dicitur quia sic homo diabolo negotiatur. Perambulans in tenebris dicitur quia quid credendum sit dubitat. De hoc negotio Petrus apostolus ait: In avaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur. Gravis et manifesta temptatio est qua aliquis adeo violenter temptatur de aliquo manifesto vitio ut luxuria et avaritia quod per eum non stat quin peccatum ad effectum perducat. Et hec temptatio dicitur demonium, quia demoniacum et preruptuosum est taliter peccare. Meridianum est quia manifestum est vitium vel peccatum.

De vii vitiis principalibus et qualiter corda hominum quatiuntur et ratione pulsent

Principalia vero vitia que ex superbia oriuntur vii sunt, videlicet: Inanis gloria, que grece dicitur cenodoxia. Invidia. Ira. Accidia. Avaritia, que grece dicitur phylargiria. Gula vel ventris ingluvies, que grece dicitur castrimargia. Et luxuria. Inanis gloria est amor et studium laudis humane, sive de carnalibus rebus sive de spiritualibus rebus. Invidia est odium felicitatis aliene. Hugo. Ira est irrationabilis perturbatio mentis. Accidia est ex confusione mentis nata tristitia, sive tedium

Sic Adam fecit, id est excusationes in peccatis, et vestivit eum Deus tunica pellicea, per pelle mortalitatis penam, per pilos quos debemus radere culpam intellige, quibus peccator est vestitus. Contra tria predicta que sunt: arbor vetita, Serpens et Eva, a quibus cuncta processerunt mala. Sunt alia tria ex quibus est salus, scilicet obedientia castitatis et abdicatio proprietatis et proprie voluntatis. De istis tribus scilicet obedientia, castitate et abdicatione proprietatis require retro in expositione regule. Vel sunt alia tria ex quibus est salus, scilicet arbor crucis, Spiritus Sanctus gustare persuadet, Virgo Maria hunc fructum scilicet filium suum cuilibet porrigit. Unde semper depingitur tenens filium in gremio, quasi diceret: gustate de fructu dulcissimo, de pomo salutifero. Non est Adam seductus si de hoc pomo gustasset. Spiritus Sanctus persuadet sed etiam pater clamat: Hic est filius meus dilectus in quo michi bene complacui, ipsum audite. Comedite de fructu in quo pater sibi complacuit, in quo mater et angeli satiantur, ipsius anime vestre iocundantur, et tunc ducet te de paradiso bone conscientie cum tunica innocentie in palatium sponsi et sponse, et exuet tunica pellicea, id est pena mortalitatis, induet te tunica [illegible]

234

et amaritudo animi immoderata. qua iocunditas
spiritualis extinguitur. et quedam desperationis pre
cipitio mens in semet ipsa subvertitur.
Avaritia est proprie amor pecunie vel immo
deratus appetitus habendi plusquam opor
tet. Gula est immoderatus appetitus edendi.
Luxuria est concupiscentia experiende volup
tatis nimia. vel concupiscentie desiderium supra mo
dum vel contra rationem effervens. Horum

Serapio. vii. viciorum duo sunt carnalia. gula vi
delicet et luxuria. quia ad effectum non perveniunt
nisi actione carnali vel corporali. Cetera
vero spiritualia sunt. quia sine opere carnali
solo spiritu ad effectum ducuntur. De spiri
tualibus iterum unum solum naturale est
scilicet ira. Naturaliter enim sumus rationa
les. concupiscibiles. irascibiles. Cetera
vero extra naturam sunt omnia. carnalia
autem ambo naturalia sunt. quia naturaliter

hugo nobis insunt. Ista autem vii. vitia ideo prin
cipalia vel capitalia dicuntur. quia reliquorum
omnium caput sunt et principium. licet
horum viciorum radix et origo superbia sit.
Qualiter autem vitia supra memorata
cor nostrum quasi ex ratione pulsent.
breviter videamus. Contra. Superbia namque quasi
rationabiliter cor pungit. cum dicit. Certe
multos immo pene omnibus meliores
es. scientia. et divitiis. et honoribus.
Cunctos ergo despice. cunctis temetipsum
superiorem attende. Inanis quoque gloria
cor quasi ex ratione pulsat. cum dicit.
Debes maiora appetere. ut quo potestate
valueris multos excedere eorum valeas
pluribus prodesse. Invidia et cor pungit.
cum dicit. In quo illo vel illo minor
es. cur ergo superior vel equalis non es. Quanta
tu vales que ipsi non valent. Non est tibi aut
superiores vel equales esse non debent. Ira
non acrius cor pungit cum dicit. Que
erga te aguntur equanimiter ferri
non possunt. immo hec patienter tollerare

peccatum est. Quia si non eis cum magna exaspera
tione resistitur. contra te deinceps sine mensura
cumulatur. Accidia sive tristitia cor pun
git cum dicit. Quid habeas unde gaudeas.
quando tot mala de proximis portas. perpende
cum quo merore omnes intuendi sunt. qui
tanto contra te amaritudinis felle utuntur.
Avaritia subtiliter cor pulsat cum dicit. Valde
sine culpa est quod quedam habenda concupiscis.
quia non multiplicare appetis. sed egere perti
mescis. et quod male alius retinet ipse
melius expendis. Ventris quoque in
gluvies caute cor pungit. cum dicit. ad
esum deus munda omnia condidit. et qui satiari
non cibos respuit. in munere concesso contradicit.
Luxuria contra male cor pungit cum dicit.
Cur te in voluptate tua non dilatas. cum
quid te sequatur ignoras. acceptum tempus
in desideriis perdere non debes. quia quam citius pretere
at nescis. Si enim misceri. deus ho
minem in voluptate coitus nollet. in ipso
humani generis exordio masculum et fe
minam non fecisset. Contra hanc vitiorum pul
sationem et exhortationem Salomon in proverbiorum
libris loquitur dicens. Si te rogaverit ini
micus tuus voce magna ne consen
tias ei. Septem enim nequitie sunt in anima
eius. id est si superatus luxurie. vel castri
margie spiritus cepit tibi sua hu
miliatione blandiri. rogans quodam
modo ut aliquid relaxans accepto fer
vore impertiaris ei quod continentie modum
et mensuram iuste discretionis excedat.
ne resolvaris eius suggestione. per hoc
dicit spiritus ille quem viceras. evangelio.
revertar in domum meam unde exivi.
Et procedentes ex eo confestim. vii. spiritus vi
tiorum nequiores se erunt tibi acerbi
quam illa passio que in primordiis superata
fuerat. qui te mox ad deteriora pro
trahunt genera peccatorum. Unde subse
quenter in evangelio dominus ait. et fiunt

Quotiens propter verba Christi audis et amore eius a fornicatione abstines. elymosinam facis vel ieiu
nas. vel aliquam tribulationem patienter sustines. totiens de hoc fructu dulcissimo comedis. Scilicet
Stephanus. Laurentius. et alii sancti martyres pomum istum gustaverunt. et ideo dona terrena tam
senserunt. Quare ergo filii hominum talem pomum non gustant. quia serpens antiquus lignum
vetitum. scilicet mundum. et flatu suo multos corrumpit. Unde in apocalypsi dicitur. Exire draconis ex ore
velut fumus. fetor. et flamma. fumus excecans. fetor corrumpens. flamma accendens. Fumus
superbie. fetor luxurie. flamma avaritie. dicitur quod cete cum esuriunt os aperiunt. et quendam odorem
emittit. quem parvuli pisces odorantes delectantur. et quot in os ipsius defluunt devorantur.
Sic diabolus odore immo fetore superbie. luxurie. et avaritie ceterorumque viciorum omnes
peccatores trahit ad se. et in ventre inferni deglutit. Cum aliquis per suasionem
diaboli peccatum vetitum comedit. statim a visione dei sicut primi parentes expel
litur. et statim aperiuntur oculi eius. scilicet carnales. quia clausis oculis spiritualibus quibus cele
stia contemplantur. bestiales aperiuntur. immo homo in bestiam mutatur. quia dum plus//

novissima hominum illius peiora prioribus.
hec sunt .vii. demonia que de beata maria
magdalena a domino referuntur eiecta.
Precinge aures ut non audiant libidino
sa. contine oculos. ut non videant va
na et nociva. contine os ut non obscu
lentur pelle aliena. manum videlicet
sive os sive aliud quodlibet membrum.
contine manus ut non tractent inconcessa.
pudenda videlicet tua vel aliena. nec arridente impugnatoris
securitate. quia videris paulisper a car
nalibus desideriis factus quietior ad
plenam remissionem et perversitas gu
le vel luxurie concupiscentias revitaris.

de actualibus peccatis et differentia eorum

Consequenter de peccatis actualibus
agendum est. et primo de criminalibus. Cri
minalia dicuntur que lesionem magnam
inducunt vel turpitudinem ingerunt.
in quibus vel deus vel proximus offen
ditur multum. vel ipse qui facit macula
tur. Crimen est ut ait augustinus. quod est
dignum accusatione et dampnatione.
Talia sunt homicidia. adulteria.
periuria. furta. et que hiis similia ad
iungunt. vel continent in textis sicut
rapine. sacrilegia. incestus. et ce
tera talia. Ista enim non solum ani
mam maculant et occidunt separando
ipsam a deo qui est vera vita anime. sed
et corpus inducunt usque in reatum
pene temporalis mortis videlicet
vel mutilationis. Mortalia vero
animam maculant et occidunt quia
separant eam a deo. Sicut enim mors
corporis est separatio anime a corpore.
ita mors anime est separatio eiusdem
a deo vivo et vero. Sed mortalia
non obligant corpus pene temporali
nisi sint mortalia et criminalia. quia
omne criminale est mortale. sed non
omne mortale est criminale. sicut quibusdam placet.
Quidam tamen inter mortalia et criminalia nullam
videntur differentiam assignare. Mor
tale est peccatum quod propter hoc mortem eternam
incurrit. ut ait augustinus. Veniale vero
est quod hominem usque in reatum perpetue
mortis non gravat. verumtamen penam
meretur. sed facile indulgetur.
Venialia enim nec facile vitari
possunt. et aliquando non fiant. neque
multam turpitudinem. vel lesionem
magnam habent si fiant. ut sunt
ira levis. risus et huiusmodi que sine
deliberatione agentium contingunt
sive ex negligentia incaute. sive
ex infirmitate perpetrantur. et hec
animam maculant. sed nequaquam
ipsam occidunt. Mortalia vero sunt
omnia que ex deliberatione. vel delecta
tione diuturna vel consensu volun
tatis vel etiam actione fiunt contra legem
et precepta dei. Ut autem inter mor
talia et venialia melius differentiam
assignare possimus. duplex vis anime
consideranda est. sensualitas vide
licet et ratio. In sententiis. est enim
sensualitas quedam vis anime inferior.
ex qua est motus qui intenditur in corpo
ris sensus atque ad appetitus rerum
ad corpus pertinentium. Sensus autem
corporis .v. sunt. visus videlicet.
auditus. gustus. odoratus et tactus.
Ita sensus sunt porte mortis quando
extendunt ad appetitus rerum
illicitarum per sensualitatem. Unde david
ait. Qui exaltas me de portis
mortis. ut annuntiem omnes laudationes tuas in
portis filie syon. Ratio vero vis anime
est superior que ut ita dicamus duas
habet partes vel differentias. superio
rem scilicet et inferiorem. secundum supe
riorem superius conspiciendis vel contuendis.

plus diligit fenum quam carnes gallinarum. Sic plus lectum quam palatium. bonus diabolus sunt qui
plus diligunt fenum rerum temporalium scilicet pecuniam domos et delicias quam palatia
et divitias celi muros et atalia paradisi. de quibus dicitur tamen. ... in ecclesia
sunt. porcus diaboli est qui plus diligit lectum luxurie quam palatium glorie. Hii enim erunt fi
lii dei numquam contempta erunt donec visione patris in celo fruerentur

et venialem pecc. tertium est

dum in deum inhiat de divina substantia cogitans, vel interius celestia velut angelos considerat. hec appellatur sapientia. Secundum inferiorem vero ad temporalium dispositionem conspicit. dum intra interius de mundanis recte agendis pertractat. et hec appellatur scientia. Sensualitatem autem commune habemus cum bestiis quia ita vident, audiunt et olfaciunt sic et nos et melius et acutius. Nam melius nobis audent oculique certius. Ceteram vero singularem habet homo. quia solus discernit vi rationis inter bonum et malum. inter naturale calidum et frigidum humidum et siccum et cetera huiusmodi. Sciendum est autem quod talis est in unoquoque homine temptationis ordo et perversio qualis in parentibus primis processit. Ut enim serpens malum mulieri suasit in paradiso consensit. de viro suo dedit. Sicque consummatum est peccatum ita et nunc in nobis pro serpente est sensualis motus anime. pro muliere inferior pars rationis. pro viro superior rationis portio. atque inter hunc virum et hanc mulierem est velud quoddam spirituale coniugium. quo superior pars rationis debet dominari. inferior debet obedire. Ecce ex his intelligi potest qualiter in anima hominis existat ymago illius coniugii. et qualiter in singulis nostrum spiritualiter sit illa trinitas. scilicet vir et mulier serpens quos alii et nos appellamus suggestionem sive primus motus delectatio atque consensus. primus enim motus est in sensualitate delectatio in inferiori parte rationis consensus vero in superiori.

Nota quod sicut in primo peccato .iiii.or occurrerunt. scilicet serpens pomum ostendens. Eva pomum accipiens. Et Adam porrigens. Et Adam accipiens et comedens. ita est in quolibet peccato. istius spiritualis intellectus. Sit enim ibi serpens pomum ostendens. id est primo primus motus. carne titillante in delectationem erigens. et hic nullum peccatum nisi veniale. sed mortale. Secundo est ibi Eva accipiens. et de dulcedine pomi cogitans cupit comedere et ista est secundo primus motus. quia iam habet etiam in cogitatione delectabili cogitante. et talis motus semper est. ibi Adam pomum accipiens et illud manducans et hoc fit quando ratio sive consensus pomum porrectum ab Eva id est delectationem a carne exhibitam. manducat id est approbat et deliberato consentit. tunc semper talis consensus est peccatum mortale.

Que sint venialia peccata et que mortalia.

Que autem venialia sint cotidiana peccata sicut beatus Augustinus. Quotiens aliquis in cibo aut potu plus accepit quam necesse est ad minuta peccata noverit pertinere. quotiens plus loquitur quam oportet. plus tacet quam expedit. quotiens pauperem inportune petentem exasperat. quotiens cum sit corpore sanus aliis ieiunantibus prandere voluerit in sollempnibus id est ieiuniis aut sompno deditus tardius ad ecclesiam surgit. quotiens excepto filiorum desiderio uxorem suam cognovit. quotiens in carcere positos tardius requisivit. infirmos tardius visitavit. Si discordes ad concordiam revocare neglexerit. Si plus aut proximum aut uxorem aut filium aut servum exasperavit quam oporteret. Si amplius blanditus fuerit quam oportet. Si cui omnique maiori persone aut ex voluntate aut ex necessitate adulari voluit. Si pauperibus esurientibus nimium delicata vel sumptuosa convivia preparavit. Si se

[Left margin:] Sermo ad heremitas. Salva animam tuam. noli respicere post tergum. sed ascende in montem et salvare ibi. In veteri lege quando filii israel debebant ad bellum procedere sonabat tuba. ut ex sonitu tube quilibet se prepararet ad bellum et exhortaretur et [illegible] et [illegible] insurgeret contra inimicos. Sed nunc ut [illegible] fres et domini incepit tempus militie christiane. unde oportet christi milites ut monet apostolus abiicere opera tenebrarum et indui armis lucis. ut possint tela inimici ignea id est temptationes extinguere. et castrum mentis viriliter pugnando defendere. Unde debet sonare tuba id est predicatio

[Bottom margin:] vel exhortatorium sermonem ad hoc sermone cum divino diabolus impugnat. Qualiter autem hoc possit agi [illegible] per multa auctoritate que sumitur de genesi satis ostenditur imitare volentibus et iuxta verba angelorum ad lot. cum eum eduxerunt a sodomis. Sodoma est vita secularis in lascivis et conviviis et otiis [illegible] Hec fuit iniquitas sodome superbia. ecce amor proprie excellentie in hoc [illegible] Sic enim testatur ezechiel. [illegible] saturitas panis. ecce usus gule in superfluis conviviis. [illegible] ecce vacatio a bonis et casus in luxuriis [illegible] otiositas [illegible] multa mala docuit otiositas. et beatus benedictus otiositas inimica est anime. unde david ut legitur ii. Regum quando fuit otiosus in palatio laboravit ad [illegible] [illegible] sodoma erat verius moechus adulterium [illegible] mea [illegible] solitudine et altitudine montis significatur [illegible] confessionem a peccatis [illegible] .iiii.or que agere debet. scilicet animam salvare. quod fit quando ea per [illegible]

in eccl(esi)a aut ext(ra) eccl(esi)am fabulis otiosis. De q(ui)
b(us) in die iudicii ratio reddenda e(st). occupa
uit. Si du(m) incaute uiuamus a(d) s(ub)rep(ser)it.
(et) cu(m) hoc p(ro) aliqua necessitate i(m)ple(re) non
potuimus p(ro)uiuamus. Et sicut omni
facilitate uel temeritate maledicam(us).
na(m) si ex odio maledicamus mortale
e(st). qui(a) scriptu(m) e(st). neq(ue) maledici re
gnu(m) dei possidebu(n)t. Mortalia sunt
generalit(er) omnia uitia q(ue) sup(er)ius de
scripsimus. (et) omnia illa q(ue) ap(osto)l(u)s ad
galathas enumerat dicens. Mani
festa aut(em) sunt op(er)a carnis. q(ue) sunt
fornicatio. paulus. Inmunditia. s(cilicet) in
(con)tinentia p(er)tinens ad libidine(m) qu(o)cumq(ue)
modo fiat. Inpudicitia. s(cilicet) i(m)pudice ui
u(er)e. Luxuria. q(ue)libet sup(er)fluitas. ydolo(rum)
s(er)uitus. Veneficia. Inimicitie. P(er)se
uerantes contentiones i(n) l(i)b(ri)s. Emula
tiones q(uo)d duo ad ide(m) tendunt. Ire.
rixe. Dissensiones q(ua)n(do) p(ar)tes faciunt
in eccl(esi)a. Secte q(ue) grece dicu(n)t(ur) here
ses. Inuidie de alienis bonis. Homici
dia. Ebrietates assidue. Comessationes
sup(er)flue (et) his similia. q(ue) p(re)dico uob(is) sic(ut)
p(re)dixi. q(uonia)m q(ui) talia agunt regnu(m) dei
n(on) possidebunt. De huiusmodi (etiam) ad ephesi
os ait. fornicatio aut(em) omnis i(m)mun
ditia. aut auaritia. nec nominet(ur)
in uobis sic(ut) decet s(an)c(t)os. Aut turpi
tudo q(ue) e(st) in obsculis (et) amplexib(us) luxu
riosis aut stultiloq(ui)u(m). ut blanda (et)
libidinosa u(er)ba. Aut scurrilitas. i(d est) io
cularitas q(ue) ad re(m) n(on) p(er)tinet. i(d est) ad
utilitate(m). hoc e(ni)m scitote intelligen
tes omnis fornicator. aut i(m)mu(n)d(us)
aut auar(us). q(uo)d e(st) ydolo(rum) s(er)uitus. n(on) ha
bet hereditate(m) in regno xp(ist)i (et) dei. i(d est)
patris (et) filii (et) sp(iritu)s s(an)c(t)i. Hec aut(em) o(mn)ia
peccata tam uenialia q(uam) mortalia in
trib(us) generalib(us) peccatis (com)p(re)hendu(n)t(ur),
q(ui)b(us) humanu(m) subiacet genus. in
sententiis. Aut en(im) cogitatione
aut s(er)mone aut op(er)e peccamus
his aliquando (etiam) quartus additur mod(us)

s(cilicet) (con)suetudinis. q(uo)d in quatriduano lazaro
significatu(m) e(st). Quod aut(em) (et) p(ro) uenialib(us) s(i)t
satisfactio exhibenda. aug(ustinus) insinuat dice(n)s.
De cotidianis (et) leuib(us) breuib(us)q(ue) peccatis
sine q(ui)b(us) hec uita n(on) duc(itur). satisfacit d(omi)nica
or(ati)o. s(cilicet) pat(er) n(oste)r. cu(m) ieiunio aliquo.
(et) helymosinis. Sic tam(en) ut p(re)cedat
(con)tritio aliquantula. (et) addatur (con)fessio
generalis. uel (etiam) specialis si ad sit facultas.
P(ro) grauiorib(us) u(er)o (et) mortalib(us) peccatis.
hec (etiam) i(n) satisfactione adhibenda s(un)t
s(ed) multo uehementius atq(ue) districtius.
q(ui)a ut ait aug(ustinus). ad agenda(m) penitentia(m) Aug(ustinus)
non sufficit mores i(n) melius (com)mu
tare (et) a factis malis recede(re). n(is)i (et)
de his q(ue) facta s(un)t satisfaciat d(omi)no. p(er)
penitentie dolore(m). p(er) humilitatis
gemitu(m). p(er) (con)triti cordis sacrificiu(m)
cooperantib(us) holymosinis.

De sup(er)bia.

Quattuor sunt species sup(er)bie. P(ri)ma
e(st) cu(m) bonu(m) q(uo)d habet quis. sibi attribuit.
Secunda cu(m) credit a deo e(ss)e datu(m). s(ed) tamen p(ro)
suis meritis. Tertia cu(m) se iactat ha
be(re) q(uo)d n(on) habet. Quarta cu(m) ceteris de
spectis singulariter uult uideri. P(ro)p(ter) has
plures sup(er)bie species: ps(almist)a ait p(ro)ph(et)a.
Leua manus tuas in sup(er)bias eo(rum) i(n) fine(m).
Cu(m) en(im) singula uitia singula m(em)bra
possideant in q(ui)b(us) domicilia habent. hoc
solu(m) uitiu(m) in omni m(em)bro d(omi)natur.
hec sola om(n)ia hominis m(em)bra. sibi
uindicat sibiq(ue) se(cun)d(u)m recogita (et) tu(n)c
p(ri)mo sibi ip(s)i (con)sonat (et) (con)cordat. Est
sane sup(er)bia cordis (et) oculo(rum). oris. l(e)l. lin
gue. op(er)is (et) habitus. De sup(er)bia cordis
q(ue) intoxicat (et) pullulare facit alias
species sup(er)bie ut radix ait dauid.
D(omi)ne n(on) e(st) exaltatu(m) cor meu(m). De sup(er)
bia oculo(rum). neq(ue) elati sunt oculi mei.
Et salomon. Extollentia oculo(rum) ne de
deris michi. Et alibi. Ve q(ui) sapientes
estis in oculis uestris. (et) cora(m) uob(is)
met ip(s)is prudentes. De sup(er)bia oris
uel lingue q(ue) (et) iactantia d(icitu)r dicit ps(almista).

H

nititur emundare. oris e(st) (con)fessio sit ut paulus asserit ad salute(m). (et) hoc e(st) q(uo)d dicit. Jer(emias). Custodite
animas uestras (et) nolite portare onera pecc(at)i in die sabbati. i(d est) du(m) requiescere (et) peni
tere ab h(om)i(n)e peccati debetis. Sabbatu(m) en(im) q(ui)es int(er)p(re)tat(ur). (et) significat pace(m) pectoris que
habetur p(er) penitentia(m) q(ue) ducit ad pace(m) eternitatis. (et) ys(aias). Lauami(ni) mundi estote. auferte
malu(m) cogitationu(m) uestra(rum) ab oculis meis. (et) postergu(m) n(on) respice(re). hoc e(st) i(n) bonis p(er)seue
rare. (et) ad peccata n(on) redire. Caue(ndum) e(st) (et) n(on) homine(m) rationale(m) se e(ss)e demonstrat q(ui) postq(uam)
egit penitentia(m) p(er)mittit se relabi ad uitia (et) peccata p(re)terita. Vn(de) salomon. Sicut ca
nis q(ui) reuertitur ad uomitu(m) suu(m) sic q(ui) iterat stultitia(m) sua(m). i(d est) peccatu(m). (et) petrus.
canis reu(er)sus ad uomitu(m) (et) sus lota i(n) uolutabro luti. (et) d(omi)n(u)s. nemo mittens ma
nu(m) i(n) ar(atrum) (et) a(s)p(iciens) r(etro) a(ptus) e(st). hoc n(on) faciebat paulus q(ui) dicebat. posteriora obliuisce(n)s.

disperdat dominus universa labia dolosa, et lin
guam magniloquam. Et alibi. Nolite multi
plicare loqui sublimia gloriantes. Item posu
erunt in celo os suum, et lingua eorum tran
siuit in terra. De superbia oris dicitur. Non
habitabit in medio domus mee qui fa
cit superbiam. qui loquitur iniqua non dire
xit in conspectu oculorum meorum. De su
perbia habitus dicitur. Ecce qui mollibus ve
stiuntur in domibus regum sunt. ubi
superbia habundat. Oritur autem quan
doque superbia a dono fortune ut a di
uitiis quia saturitas panis et habun
dantia aque causa peccati sodomorum.
hic alias dicitur. Prodiit quasi ex adipe
iniquitas eorum. Et iterum. Adipem suum
concluserunt. os eorum locutum est superbiam. hic
paulus ad timotheum ait. Divitibus huius
seculi precipe non superbe sapere. neque
sperare in incerto divitiarum. sed in deo
vero. qui dat nobis omnia habunde
ad fruendum. Quandoque vero oritur a dono
nature ut scientie ingenii. in du
stria vocis delectabilis et huiusmodi.
Unde beatus benedictus rome uitans
monstrum superbie. cum in genio et scien
tia superare se uideret coetaneos suos
recessit prudenter nesciens et sapienter
indoctus. Quandoque a generis nobili
tate. Unde iudei domino dixerunt. Semen ha
brahe sumus. et nemini seruiuimus
umquam. Quandoque a pulcritudine. Unde
fastus inest pulcris. sequiturque superbia
formam. Quandoque a dono gratie. Unde
dicitur. Superbia natione celestis. su
blimium inhabitat mentes. Latitans
sub cinere et cilicio. sub ieiunio et ab
stinentia. sub tunica et maniata
folliculata. quia cum bene pugnaveris
cum cuncta subacta putabis. Que
magis infestat uincenda super
bia restat. Quando oritur a poten
tatibus et dignitatibus, scilicet. Unde beata
uirgo ait. Deposuit potentes. id est superbos

de sede. et exaltauit humiles. hic et dauid
ait. Retribuet habundanter facientibus
superbiam. quia potentes potenter tormenta
patientur. et fortioribus fortior instat
cruciatio. Superbia est uentus qui proicit
pulverem. id est peccatorem a facie terre.
id est a presentia stabilitatis eterne. Ad exclu
dendum ergo et conculcandum superbie pestem
iiii. sunt necessaria. ut scilicet iu
gi cogitatione meditemur quid fuimus.
quales sumus. quid futuri sumus. et quid
post hanc uitam passuri sumus. si in
superbia decesserimus. Cogitare ergo
debemus quid fuimus. cognoscentes
figmentum nostrum. recognoscentes quoniam
caro nostra sicut uestimentum ueterascet.
et quoniam uita nostra uapor est ad modicum
parens. Dauid enim dicit. homo uani
tati similis factus est. dies eius sicut
umbra pretereunt. In quibusdam enim mor
tua est infantia. in pluribusque perit pu
eritia. In nonnullis recessit ado
lescentia. Iuuentus quosdam reliquit.
Alios senectus cruciat. quibusdam senium
imminet et ut sepeliat. Ergo nos uelut
umbra sumus. nos actus turbine
fumus. Nos autem fenum primo caro
post cenum. hoc cogitabat ille qui dicebat.
Dies mei sicut umbra declinauerunt et
ego sicut fenum arui. Item. Cum rex cum leo
cum res ultima cinis. Unde superbis
ad terram terra redibis. Cogitare et debe
mus quales sumus. considerantes cum
timore multo quantitate. qualitate.
et circumstantias omnium peccatorum nostrorum
in loco in tempore in perseuerantia. in
uarietate persone in qualitate tem
ptationis. in ipsius uitii multiplici
exercitatione in quantitate in pugna
tionis. in preuentione temptationis
in augmento peccati secundum etatem et sapi
entiam et ordinem. Omnis est ista uarietas
diligenti studio et sedula cura considera
da est. et modis omnibus metuenda.

nota de superbia

ad anteriora me
extendo. In montem
ascende. id est ad contempla
tionem diuinam mente eleua
re. Sine dubio est
uita contemplatiua
melior quam actiua.
Unde maria optimam
partem elegit. Unde et
beatus benedictus
anachoretas id est heremi
tas prefert cenobitis.
Commendatur autem uita
heremitica a spiritu sancto
institutore. Unde ductus
est ihesus in desertum a spiritu
sancto. Sicut legitur de
baptista. A domino opera
tore. quia fuit in de
serto .xl. diebus et .xl. noctibus.
A uictoria de tempta
tore. Unde reliquit eum
diabolus. quia uiros
uere contemplantes et
se super terrena ele
uantes diabolus
ut dicit ieronimus
non potest aspicere. immo
sicut sol nubes et
tenebras effugat.
ita contemplantis sancta
tis diabolus effu
gatur. Ab angelo
uisitatore et ministratore. Unde accesserunt angeli et ministrabant ei. Sequitur et saluare ubi quod fit in sanctifica
tione et gratia ubi accepta licet quis mutet locum indeficienter retineatur. Unde Gregorius loquens de solle
nitate pascali ait. Et sic dies resurrectionis transiit. cuius in nobis sanctificatio non recedat.
Sed det ergo nobis dominus sic morte corporale et spirituale ascendere. et salubriter penitere. ut sanctifi
cati in tempore et resurgentes cum christo spiritualiter. de cetero in peccatis non moriamur. Christus
enim resurgens a mortuis iam non moritur ut dicit apostolus. et sic debet agere christianus. ut de
sanctificatione temporis. ad sanctificationem mereamur peruenire eternitatis quod nobis ...

hoc faciebat ille qui dicebat. Iniquitatem
meam ego cognosco. et peccatum meum coram
me est semper. et in alio psalmo. Cogitavi
inquid vias meas et converti pedes meos
in testimonia tua. Cogitare et considerare
debemus quid futuri sumus. Nimirum
post mortem vermis. post mortem
pulvis et cinis. Zacharia propheta. Tabescet
enim sicut propheta Zacharias ait. caro uniuscuiusque
stantis super pedes suos et ocu
li eius tabescent in foraminibus suis.
et lingua eorum tabescet in ore suo.
Sane quod sit carnis substantia testa
tur sepulcra. Gregorius. Quis est parentum.
quis amicorum fidelium quam libet dilec
ti sui tangere scaturientem vermibus
carnem potest. Cum ergo caro superbit. pen
setur quod sit exanimis et statim in
telligit quam sit vilis. Hoc humiliter
cogitabat ille qui dicebat. Putredini
dixi pater meus es. mater mea et so
ror mea vermibus. Postremo cogi
tandum est quid passuri sumus. si in super
bia decesserimus. Erit enim superbis inte
nebras exteriores missis fletus et stri
dor dentium. Nam cum eiecti fuerint a fa
cie domini et in inferiora terre introie
runt tradentur in manus gladii
id est pene eterne. partes vulpium id est de
monum erunt. tunc vadent et venient
super eos orribiles. et ad calorem ni
mium ibunt ab aquis nivium. Augustinus.
Ibi erit ululatus et lamentatio.
dolor et penitudo sine ullo reme
dio. Ibi erit nox sine die. amaritu
do sine dulcedine. obscuritas et te
nebre sine lumine. Ibi mors que
ritur et non invenitur. quia quibus in hoc seculo
vita offertur noluerunt accipere in infer
no querent mortem et non poterunt invenire.
Gregorius. Nam ibi est mors sine morte. finis
sine fine. defectus sine defectu. et
mors vivit. et finis semper incipit. et
deficere defectus nescit. Deus enim omnipo
tens et si semper sit misericors. ut pater mi
sericordiarum. tunc tamen iudex districtus
erit. cum vivos et mortuos iudicabit. quantum
ad quantitatem. quantum ad qualitatem. quantum
ad modum. quantum numerum. Quantum ad
quantitatem. quia et si relaxat debita quantitate
pene. secundum maiorem tamen culpam.
maior erit pena. Unde in apocalypsi legitur.
Quantum se exaltavit. et in deliciis fuit
tantum date ei tormentum et luctum. Hinc
in libro sapientie legitur. Iudicium durum
fiet his qui presunt. Quantum ad qualitatem.
quia peccatum in fetore luxurie punietur
in igne et sulphure. Unde pluit dominus
super sodomam sulphure et igne. et in
psalmo. Ignis sulphur et spiritus procellarum.
pars calicis id est pene eorum. Quantum modum
quia in hiis membris per que peccat homo et punietur.
Unde Ezechiel propheta ait. Descendunt in in
fernum cum membris suis. Unde et dives
magis puniebatur in lingua. Unde roga
bat abraam dicens. Mitte lazarum ut
intinguat extremum digiti sui in
aqua et refrigeret linguam meam. quia crucior
in hac flamma. Quantum ad numerum.
quia nullum malum impunitum. Unde dominus in
evangelio. Amen dico tibi non exies inde
donec reddas novissimum quadrantem.
Et iterum. Tradidit dominus eum neq.
tortoribus quoadusque redderet uni
versum debitum. Hec ergo sunt que meditari
debemus. si superbie vitium eradicare
et vere humilitatis hedificium in
nobis edificare optamus. habentes
semper precibus. quoniam qui se exaltat humili
abitur. et qui se humiliat exaltabitur. Contra
superbiam opponenda est humilitas que radix
est et custos omnium virtutum. Nam sicut de radice
superbie omnia vitia pullulant. ita de humi
litatis origine cunctarum procedit ger
minatio virtutum. Dicitur autem humilitas
quasi humi vilitas. Unde humilis humo
similis appellatur. Nam sicut humus in
ferius est elementum. ceteris omnibus tamen est

Nota de humilitate.

De superbia. Gregorius in moralibus liber xxiii. Quattuor
quippe sunt species quibus omnis tumor arro
gantium demonstratur. Prima est cum bo
num quod habet sibi attribuit. Secunda cum credit
a deo esse datum. sed tamen pro suis meritis. Ter
tia cum se iactat habere quod non habet. Quarta
cum ceteris despectis singulariter vult videri

237.

firmamentum seu fundamentum. sic et humilis se omnibus uiliorem deputat etiam quibus subsistendi materiam prestat. humus quoque quo crebrius calcibus premitur, eo calcantibus aptior inuenitur. Et dum ferramentis frequentius teritur, ad frugem copiosius fecundiusque preparatur. Ita et humilitas in tribulatione fertilior, in despectu gloriosior, in oppressionibus et contumeliis fit fructuosior. Hec cum omnibus sit scala salutis, ianua uite, initium sanctitatis, heremitis tamen potissimum necessaria est. Ut ubi artior uita est, humilior sit conscientia. Nam diabolus qui est rex super filios superbie, hiis amplius insidiatur, quos sibi magis esse contrarios intuetur. Quod esse illius electe sunt, et habet fiduciam quod influat iordanis in os eius, id est numerus sanctorum in hostes est. Non enim milites suos persequitur, sed a se discedentes impugnare conatur. Et quasi nequaquam solitarios aptius contemnit, nititur eos superbie iaculo insidiando uulnerare. Superbia est origine celestis, natione sublimis. sublimes et magnos durius temptat. Quid mirum si heremitas satagit monachos in heremo, qui prostrauit angelos in celo, hominem in paradiso. Eaque uirtute potissimum uincitur antiquus hostis in terris, qua ipse contempsit regnare in celis.

hic nota quod sunt uitia carnalia et spiritualia

Contra iram

Nunc de ira agendum. cuius spetiales tres esse docent. Est enim quedam ira que in animo nascitur, sed usque ad exteriorem iniuriam non producitur. hec est de qua dicitur. Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. quia qui interius iram retinens concipit, etiam dampnationis iudicium non euadet. Est quoque alia ira que procedit usque in generales contumelias et ingerit [...], id est grauiori iudicio reus erit. Quando uero usque ad spiritales contumelias prorumpit, grauius fiet, de qua dicitur. Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehenne ignis. quia quanto grauiores sunt contumelie, tanto ille qui contumelias ingerit grauiori subiacet pene. Sed ergo in animo oritur, statim retineretur, quia allidendi sunt paruuli ad petram antequam crescant. et sic irascendum est primis motibus ne per consensum contrahatur peccatum. et ita fiet quod hortatur apostolus. Sol non occidat super iracundiam uestram. id est cauete ne christus qui est sol iustitie subtrahat uobis radios gratie et misericordie sue propter iracundiam uestram.

Contra accidiam

Consequenter de accidia dicendum est. que tedium cordis uel animi uel pigritia seu etiam pusillanimitas appellari potest. Accidie autem genera duo sunt. unum quod ad sompnum perpetuat tediosos. aliud quod instabiles et inquietos reddit et fastidiosos. Quidam enim sunt qui cum librum acceperint ad legendum, uel cum alium legentem audierint siue in ecclesia siue alibi, uel cum psallere aut orare inceperint, statim arripiuntur a sompno. Cum uero ludicra uel ioculatoria seu etiam mundana audiunt uel [...], tunc firmiter uigilant et dormire non curant. Alii uero sunt pigri et desides qui cum legere inceperint, statim affecti tedio pusillanimes efficiuntur, adeo quod difficile et fere impossibile est uideri eis per manus habentes posse perlegere librum. Unde contingit ut quandoque curiositatem numerent folia uel quaterniones libri eiusdem, et quandoque totum librum magnitudine eius simul arbitrentur. Sic sunt de abstinentia, de ieiunio, de nocturnis uigiliis, et ceteris operibus bonis. Graue est accidiosis sedere in claustro, et esse in ecclesia usque ad finem officii, et sedere ad mensam usque in tempus refectionis aliorum fratrum. difficile sibi uidetur quod a maiore precipitur. Unde plerosque hodie habet accidia [...] et quos cum tristitia intuentur de seruitio claustrali et circueunt uagando per mundum. Accidia [...] luxurie. sunt pigritia maximum est peccatum. Ita ex pigritia et ociositate malum nascitur [...] desidiosus erat. Quod est per aliud unde poeta. Queritur egistus quare sit factus adulter. in promptu causa est, desidiosus erat. Cedit amor rebus, res age, tutus eris. dicitur. Otia si tollas, periere cupidinis arcus. [...] quod enim sunt qui licet sono uocis orent, legant aut psallent, corde tamen longe sunt [...] de agris, de uineis, de muris [...] et ferre uident. Cogitant enim de uanis et transitoriis [...] hac mentis uagatione euadere debemus. cogitare [...] uanitatibus ut [...] possimus [...] hac [...] laudantium ad conspectum [...] presentia domini et reputare nos esse in choro angelorum et sanctorum dominum laudantium [...] cum eis laudare in celis. [...] nostri ihesu christi [...]

Thema in pentecoste

De excelso misit ignem in ossibus meis et erudivit me. Dicit dominus in evangelio. Cum venerit paraclitus spiritus veritatis ille docebit vos omnem veritatem. Ut ergo veritatem divine scripture tam in sciendo quam in operando ab ipso spiritu sancto edoceamur, rogemus spiritum cuius adventum ad apostolos hodie celebramus, ut ipse in corda nostra advenire dignetur et nos docere que sunt necessaria ad salutem. Et sermonem dirigere ad honorem omnipotentis dei et ad salutem animarum nostrarum. Amen. De excelso etc. Hec verba sunt Jeremie prophete et est usus ecclesie. In quibus verbis v. notantur. Primo loco unde hodie venerit spiritus sanctus. Et hoc notatur ibi cum dicat de excelso. De celis enim venit id est de alta eminentia patris, a quo patre et filio eius procedit spiritus sanctus. Et dicitur pater vel filius celum quia divina eminentia et altitudo maiestatis inscrutabilis et investigabilis nobis est. De hoc celo dicitur in deuteronomio: quis ascendit in celum et deveniet eum, quasi dicat nullus. Et ab hoc celo venit spiritus sanctus, sicut dicit dominus in evangelio: cum venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Secundo in predicta auctoritate notatur a quo venerit et fuit missus, a deo patre. Ut sicut ipse deus pater filium suum miserat ad humanum genus redimendum, ita spiritum sanctum suum mitteret ad humanum genus consolandum et roborandum. Et hoc est quod dominus dicit apostolis suis in evangelio: ego rogabo patrem et alium paraclitum id est consolatorem dabit vobis. Tertio in prefata auctoritate notatur quis fuerit missus, quia spiritus sanctus, quod notatur cum dicit misit ignem. Nomine enim ignis spiritus sanctus intelligitur, quod deus est, ut dicit dominus in evangelio: spiritus est deus. Et ut dicitur in deuteronomio: deus noster

ignis consumens est. Et hac ratione dicitur spiritus sanctus ignis, quia ignis iiii habet facere: illuminare, accendere, purgare, perficere sive consolidare. Illuminat enim nos spiritus sanctus, unde ei cantamus in ymno: accende lumen sensibus. Et ad illuminandum nos cum accedit ad mentem, vii candelabra aurea de quibus dicitur in apocalypsi ibi ponit. Vii candelabra sunt vii eius dona spiritualia que enumerat Ysaias dicens: requiescet super eum spiritus domini etc. Iterum accendit mentem, unde dicitur in ymno: fons vivus ignis caritas. Fons quia extinguit sitim viciorum, ignis caritas quia mentem accendit ad amorem dei, et sic accendendo et comburendo purgat rubiginem peccatorum. Infundendo gratias et virtutes, unde hodie orat eum ecclesia in ymno dicens: Veni creator etc., et iterum in alleluia cantat: Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende.

Quarto consolidat et perficit, sicut patet hodie in apostolis qui primo loco timidi stabant ianuis clausis. Sed mox ut spiritus sanctus in eos descendit in continenti fortes et stabiles facti et in fide roborati et consolidati tormenta que prius timebant gaudendo postmodum sustinebant. Unde in actibus apostolorum dicitur de eis: ibant gaudentes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine Jhesu contumeliam pati. Quarto in predicta auctoritate notatur in quos fuit missus spiritus sanctus, quia in virtuosos et sanctos et ab omni carnalitate abstractos. Et notatur cum dicit in ossibus meis, non in carnibus. Et hoc est quod in responsorio dicitur: advenit ignis divinus non comburens sed illuminans, et invenit corda discipulorum munda et eis tribuit carismatum dona. Quinto in predicta auctoritate notatur ad quid fuit missus et nos docuit, quia propter tres speciales virtutes que sunt neces-

Docet nos dominus per ysaiam prophetam dicens: Fugite de medio babilonis … [illegible]

In resurrectione

Resurrexistis cum xpo que sursum sunt sapite non que super terram. Qui xpi resurrectione participare desiderat
ipsius passioni et morti nec non et sepulture conformari atque complantari probatur. Si enim ut ait apostolus simili
tudini mortis eius complantati fuerimus, simul et resurrectionis erimus. Si compatimur et congaudebimus.
Si commorimur et conregnabimus. Si fuerimus socii passionis erimus et consolationis.

Consepulti enim sumus cum
xpo per baptismum in mor
tem ut quomodo xpc
surrexit a mortuis
ita et nos in nouitate
uite ambule
mus. Hoc ideo dictum est
quia ad resurrectio
nis gloriam capere per
tingere crucis pe
ne et passionis
mortificatione
debet inmitari. ut
uetus homo noster simul
crucifigatur et destru
atur corpus peccati.
Per uetere hominem
imitatio ade et
concupiscentia
carnis intelligi
tur. Hic uetus homo
crucifigitur cum fi
xura clauorum sus
penditur. quando ab
operis effectu carna
lis concupiscentia
refrenatur quando
diuinis preceptis con
pungimur quasi spa
in gladio quasi cubi
di transfigitur. Spi
ua enim liba qua
si clauus sunt, sicut
scriptum est. Verba sa
pientum quasi sti
muli in altum de
fixi. Viuus est di
sermo et penetra
bilior omni gla
dio ancipiti ypa
gens quoque et me
dullarum discre
tor. Talibus clauis
tam penetrabilibus
diuinis ubi sic ue
tus homo crucifi
gitur concupi
scentia carnis
compescitur. corpus
peccati destruitur
ut ultra non seruiat peccato. Hanc crucifixionem saluator precepit dicens. Qui uult uenire post me
abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Hic sciendum est quia multi crucem portant sed
dominum non sequuntur. nec in ipsa crucifiguntur. Hic cyreneus ille qui crucem domini in angaria portauit
nequaquam dominum sequitur. nec in ea cruciferi meruit. Huic similes plurimi sunt qui crucem domini in angaria
portant. Crucem in angaria portare est. constrictionem corporis non intentione celestis premii. sed desiderio terrene glorie cum
appetitu terrenis commodi sustinere. non amore superne uite. sed desideria abnegare, et car
figi. Hic crucem post xpm portare est. ipsius amore illicita desideria abnegare, et car
nalem appetitum preceptis dei quasi in clauis transfigere. Quibus clauis manus et pedes et uni
uersa corporis membra in cruce suspenduntur, quando interiores affectus et exteriora

a predictis tribus. scilicet per ostensionem. Vnde spc
scus digitus dei appellatur. et hanc
ostensionem doctrinam intelligimus. quia
sicut cum alicui aliquid ostendere uolu
mus illud digito demonstramus ita per spi
ritum sanctum uelud per digitum. nos
docet que sunt necessaria ad salu
tem, et hoc est quod dicit iohes in canonica.
Vnctio .i. spus scus uos docebit de
omnibus. Iterum per distinctionem. que di
stinctio ad dona refertur. Veniens
enim spc scus. diuersa dona ecclesie dei
attulit. de quibus dicit beatus pa
ulus. Alii datur per spm sermo sa
pientie. Alii sermo sermo scientie se
cundum eundem spm. Alii gratia sani
tatum in eodem spu et cetera. Et post
hec autem omnia operatur unus atque
idem spc diuidens singulis prout
uult. Tertio ad ostendendum suam a
patre et a filio eternam processionem.
quia sicut digitus distinguitur a ma
nu et ab aliis digitis. ita spc scus
procedit a patre et filio et personaliter
distinguitur ab eisdem. Eruduit quidem
spc scus in suo aduentu ecclesiam
et quemlibet fidelem in quibus fructi
ficando possit placere altissimo
creatori. de quibus fructibus dicit
paulus ad galatas. fructus autem
spc sunt pax et cetera. Rogemus ergo ipsum
spm sanctum ut in nobis lumen sue gratie
dignetur accendere. nosque a peccato
rum sordibus expurgare. et sic in
uirtutibus consolidare, ut hoc i
gne .i. spu sco accensi, arden
ti caritate tendamus ad deum, et illud
premium mereamur. quod ipse s.
scus. qui summa bonitas est fidelibus pre
parauit. ad quod nos.

Thema sci iohis bapt.

De uentre matris mee uocauit me
dns nomine meo et posuit os meum
ut gladium acutum. et posuit me
quasi sagittam electam. In euangelio le
gitur de beato iohe, et sunt uerba angeli ad
zachariam patrem eius de eo. Ipse precedet an
te illum .i. ante ipsum in spu et uirtute he
lie: parare dno plebem perfectam. Hec
ideo diximus ut totis uiribus rogemus
ipsum dnm precursorem cuius natiuitatem ho
die celebramus. ut sicut ipse preuenit
faciem dni in carne uenientis ut pa
